41 *seq. vers. amplia tertio*,& quòd huiusmodi causis ciuilibus magnis nō sit locus regulæ,quod deficit in fide,supplet numerus testium,dixit *Caualc. post Mars.* quem recenset *eod.lib.5.decis.9. nu.74.* nec immeritò nàm testes pauperes sunt faciles, vt corrumpantur *idem Caualc.cit. lib.5.decis.36.nu.*

42 Et nobilioribus maior habenda est fides, quàm plebeis,*gloss.in l.3.in verb plebeius ff. de testib.* & est cōmunis Doctorum opinio, vt attestatur idem *Farinac.cit.q. 57.num.36. vers.amplia tertio, vbi num.37.* etiam asserit communiter Doctores sentire, quòd testibus dignioribus, & in aliqua dignitate constitutis sit magis credendum,quàm minus dignis, *& num. seq.* ampliat has duas præcedētes communes conclusiones, etiam si nobilio-

43 res,& digniores testes essent pauciores, & minus digni numero plures, *iuxta gloss. magnam* communiter à DD. receptam *in C.in nostra de testib.* quibus addo *Mascard.*

de

*de probat.tom.2. conclus.*1001. *nu.*4. vbi ait, quòd pauci nobiles sunt multis testibus vilibus,& rusticis præferendi,& licèt limitasset *nu.*11.in ignobilibus deponentibus pro eo,sublimitauit tamen *conclus.*1096.*nu.*11.quando hi testes ignobiles essent pauperes, viles corruptibiles, vel suspecti,idque iure meritò,nam qui testes plures pa-
44 tiuntur defectus non probant, etiam in casibus, vbi ex natura rei veritas aliter haberi non potest, *idem Caualc. cit.decis.*36.*num.*6.*post Bursat. Bertazzol. Hond. & alios*, quos ibidem recenset, & sequitur, immò testes multis defectibus onerati deficiunt in fide totaliter,*Rimivald. in cons.*571.*nu.*30.*cons.*704.*nu.*66.*cons.*705. *nu.*15. *cons.* 706.*nu.*1.& *cons.*713.*nu.*15.*lib.*6.

45 Quodque vassallis, & subditis testibus, si sint viles, pauperes,vel aliqua alia suspicione laborantes, nulla sit adhibenda fides, probauit idem *Farinac. post Boss. &* alios, quos recenset,*de testib.quæst.*55.*num.*28. *vers. limi-*
46 *ta secundo*, & presbyteros laicis præferri debere, dixit *Paris.cit.cons.*88.*num.*30. *vol.*3. *iuxta notata in C.Clerici* 81.*distinct.* & Clericum ratione presbyteratus esse magis idoneum testem, quàm sit laicus, voluit *gloss.in C. monacus, in verb. quorum*, vbi dixit, quòd tantùm valet
37 testimonium quatuor clericorum,quantùm sex laicorũ, & sequitur *Mascard.de probat.tom.*1.*conclus.*306.*nu.*1.& 2. & post alios,quos ibidem congerit,ait, quòd presbyter quodammodo dici potest, testis omni exceptione maior.

Et tandem si testimoniorum qualitas est perscrutan-
48 da,maior testibus habenda est fides,qui de sana mente attestantur,quàm deponentibus de furore, *Mascard de probat.tom.*1.*conclus.*827.*nu.*1. *post Ias. Dec. Curt.Iun. & Grammat.* quos ibi recenset, & sequitur, quibus addo

Menoch.de præsumpt.lib.6. præsumpt.45.nu.21. vers. hinc fit post Corn.Paris.& Socc.Iun. quos ibi allegat, & huius
49 sententiæ ea est ratio, quia huiusmodi sanitatis attestationes conueniunt naturæ, quæ vt plurimum parit homines sanæ mentis, *Menoch.vbi supra nn.19.* & conueniunt iuri communi, quo mẽtis compotes esse homines præsumuntur, *Menoch.ibid.nu.21.*
50 Quæ præsumptio vtroque iure tàm Cæsareo, quàm Pontificio comprobatur *l.nec codicillis C.de codicill, c. cũ dilectus de success. ab intestat.* & communiter sequuntur DD. *Menoch.vbi supra nu.18.Mascard.cit.conclus.nu.12. & Mant.* post alios, quos recenset *de coniect. vlt.volunt. lib.2.tit.5.num.2.* vbi huiusmodi iuris præsumptionem certo certiorem esse attestatur, eamq; *nu.4.* extendit etiã si quis in extremis fuerit constitutus iuxta doctrinam *Abb. in cap. vlt.nu.9.de success.ab intest.*
51 Hinc testes deponentes de sanitate mentis dicuntur verisimilia attestari, *Marant.in cons.19.nu.23.circ.princ. & Paris.citat.cons.88.nn.33.* & ideo sunt cæteris aduersantibus præferendi *l.ob carmen l.fin.ff.de test. c.licet causam de probat.& cap.præterea de testib.idem Paris.vbi sup. nu.32.& Marant.eod.cit.num.23.* etiam si testes examinati de sanitate mentis, & dementia essent vtrique pares *Mant. eod. tit.5. lib.2.nu.5. quòd Mascard. in cit.conclus. 827. nu.13.* ampliat etiam si testes, qui de sana mente deponunt, essent exigui, & numero pauciores, veluti duo, & de furore, & insania deponentes essent plures, veluti mille, secutus *Las. & Boerium in locis per ipsum citatis*, quòd ipse præcipuè verum esse dicit, quando illi pauciores deponerẽt in specie, plures autem in genere.

Quid modò dicerent supracitati Doctores in casu nostro, vbi testes, qui de vera testatricis sanitate mentis testa-

testâtur sunt numero plures, & pondere grauiores? nisi vt aduersarij proprio ore confiterentur, aut nullam suorum testium cum nostris esse comparationem, aut illam solam, quæ cernitur inter Solem, & sine Solis lumine Lunam, suos enim testes vassallos, cum sint homines vi-
52 les, & idiotæ, exploratum est, non rectè iudicare potuisse, an domina Zenobia fuerit insana, vel mentis compos, quia istud consistit in intellectu sapientis, & experti hominis, maximè cùm testes nostri, qui de sana mente deponunt, sunt omnes litterati, ità in specie argumentatus est *Robert. Marant. in cit. cons. 19. nu. 23. in princ.*

Quod eo fortius in casu nostro est affirmandum, quia
53 inter alios testes adsunt aromatarius, & Medicus domestici dominæ testatricis, & alter etiã Physicus, quos Medicos, & peritos in arte in huiusmodi sanitatis, ac furoris controuersia accersiri docet *Bart. in l. 2. nu. 3. de testibus post Cynum in l. senium ff. eod.* & in re ista plurimum attendi debere dictum peritorũ in arte affirmauit *Alex.* post alios, quos congerit *in cons. 141. num. 11. circa med. lib. 6.* quos recenset, & sequitur *Io: Petr. Rimius in cons. 56. nu. 6. vol. 1.* vbi in specie dicit, Medicorum Physicorum attestationibus magis esse credendum de sanitate mentis, vel dementia, quàm alijs testibus quibuscunq;
54 Huc accedit, quòd testes nostri deponunt pro testamenti publico instrumento, & testibus pro instrumento deponentibus maiorem fidem adhibendam esse, quàm attestantibus de insania, & mentis alienatione contra instrumentum dixit post alios, quos allegat *idem Paris.*
55 *cit. cons. 88. num. 20.* quorum attestationibus suffragatur etiam assertio Notarij, cui scribenti in testamento, testatricem fuisse sanæ mentis, stante supradicta iuris præsũptione credi posse, & si aliàs non crederetur, affirmat

Me-

Menoch.post Corn. & alios,quos recenset *in cit.præsump.* 45.*nu.*21.quibus addo *Rimium cit.consi.*56.*nu.*6.*&* *Mascard.de probat.tom.* 1.*conclus.*503.*nu.* 15.*vers.ab hac tamẽ* *&* *Decian.cons.*51.*nu.*41.*vol.*4. vbi alios citat.

Et tandem vt supra admonuimus ex nostris testibus deponẽtibus de sana testatricis mente, & recta locutione sunt plures testamentarij, inter quos illi duo art. &
56 medic.Doctores,quibus testamentarijs testibus standũ esse probauit *Corneus in cons.*91.*nu.*24.*vol.*4.dato,quòd probatum fuisset de fatuitate, quia licet furiosus præsumatur durare in furore *c. indicas Hermannum* 3. *quæst.*9. *&* *notant gloss.&* *Doctores in c.fin.de success. ab intest.* tamen potuit resipiscere,& probari contrarium, cum plerumq; furiosi quibusdam interuallis sensu sint saniores *cit.l. Diuus Marcus ff. de offic. Præsid.* quod maximè respondendum est in casu nostro, vbi de insania nihil probatur,& dato citra veri præiudiciũ, quòd antè, vel post secundi testamenti stipulationem aliquid probaretur,tamen cùm aduersariorum testes tempore actus gesti, & stipulationis nihil de testatricis insania attestentur,dicẽ-
57 dum est testamentum fuisse actum tẽpore sanitatis iuxtà responsa *Castrens. in cons.*120. viso quodam processu *nu.*2.*lib.*1.*&* *Ias.in cons.*178.*nu.*3. *vol.*2. sed de his infra plenissimè.

Sed quia etiam ad sinceram testimoniorum fidem, &
58 testimonia, quibus potiùs lux veritatis adsistat, respici oportet *cit.l.ob carmen in fine ff.de testib. c.si omnes testes in princ.*vbi formalia huius legis recensentur verba 4.*q.* 9. perpendenda sunt mihi ea, quæ aduersariorum testes de insania testatricis finxerunt, & de alijs, quæ pro eorũ Barone deposuerunt. At hic paulò altius repetam materiam necesse est, nam vt magis veritas elucescer, &

præ-

præsens hæc quæstio, quæ potiùs est facti, quàm iuris, facilius examinari possit, *iuxta tex. in l. 2. C. plus valet, quod agit, quàm quod si mult. incip.* non modo recensenda sunt dicta testium, quæ posterius coram examinatore protulerunt iurati, sed etiam ea, quæ prius vigore litterarum monitorialium Sãctissimæ recordationis Pauli Papæ V: super eodemmet facto propalarunt. Sic .n. quàm clarissimè videbimus id, quod ante admonuimus, quot alias exceptiones, defectus, & crimina aduersariorum testes patiantur.

59 Primus igitur aduersariorum testis, de quo pluries supra loquuti sumus super art. 8. inter alia in primis testificatur, me Virgilium Chiacchiarum accersisse Fabium, & per nuncium Ioannem Andream, & per litteras certiorem fecisse, quòd domina Zenobia se malè haberet, meq; Fabium interpellasse, vt statim Neapoli Aeserniã se conferret, parum postquam intellexi, dominam Zenobiam testari voluisse, sed hic prius in eius reuelatione præsent. in processu Sancti Laurentij declarauit, quòd ipsamet domina Zenobia ad vocandum Fabium misit Ioannem Andream, sed quorsum hæc contraria depositio? vt me, & Fabium de collusione redargueret, & dominæ Zenobiæ testatricis perpetuam, atque cõstantem in me, & Fabium voluntatem occultaret.

Secundo hic testis præsupponit tempore confectionis primi testamenti dominam Zenobiam fuisse mentis compotem, vt re vera semper fuit; at in eius reuelatione tunc temporis fuisse insanam profitetur; sed quò hæc alia contrarietas? vt testificetur deindè in primo illo testamento fuisse institutum vniuersalẽ hæredem eius Baronem, vt falsò deponat Fabium illum proiecisse in ignẽ absque mandato testatricis, & præberet aduersarijs an-

sam

ſam latrandi, quòd illud teſtamentum à Fabio fuiſſet proiectum in ignem, vt deinceps nullo vnquam tempore appareret tanquam illi noxium, & contrarium.

Tertio hic teſtis atteſtatur primum illud teſtamẽtum poſt ſtipulationem fuiſſe tradditum Claræ, vt illud ſeruaret, & deinde deponit, Claram poſuiſſe teſtamentum ſuper ſcriptorio, quod erat in cubiculo dominæ teſtatricis. hoc dictum non eſt veriſimile, nam ſatis redargueretur, de negligentia fidelis iſta famula. Sed cur ſupra, & nõ intus ſcriptorium, vt verè poſitum fuit, atteſtatur? at parum poſt in artic. 11. teſtificetur Fabium poſt 2. ſtipulationem abſque iuſſu dominæ Zenobiæ primũ illud teſtamentum ab illo ſcriptorij loco vltrò accepiſſe, & in ignem proieciſſe, hacq; ſua depoſitione ſibi ipſi, & ſcripturæ ſtipulationis, cui ſe ſubſcripſit contradiceret, quæ probatur, dictum teſtamentum ordinatione dictæ teſtatricis fuiſſe combuſtum, & Fabij teſtibus aduerſaretur, qui deponunt, indicante domina Zenobia Fabium accepiſſe primum teſtamentum à ſcriptorio, intus quod ſeruabatur, & teſtatricis iuſſu proieciſſe in ignem, quod vltrà ſcripturam Fabij teſtes atteſtantur, v3. Dux primus teſtis ſuper art. 10. & 26. ſecundus teſtis ſuper artic. 25. tertius teſtis, quartus, quintus, & vndecimus ſuper eodẽ art. 26. decimus ſextus teſtis, decimus nonus, & vigeſimus ſecundus ſuper artic. 10. itaque de falſo, & mendacio vbique hic teſtis conuincitur.

Quarto ibidem art. 8. teſtificatur poſt primi teſtamẽti ſtipulationem petijſſe à Fratre Angelo, vt ſibi ſatis curioſè appetenti patefaceret, quænam domina Zenobia diſpoſuiſſet, Fratremq; Angelum reſpondiſſe ſatis benè diſpoſuiſſe, hæc reſponſio videtur veriſimilis, nam non erat patefacere contenta in ſcriptura ſecreta, & iterum

in.

interroganti, cuinam domina suos illos vassallos reliquisset, replicasse, N. legitimo hæredi, hoc transire potest, quia sic iuris erat feudalis, vt de vassallis illis in præiudicium proximorum disponere testatrix non potuisset, sed quòd Frater Angelus ex se vltra quæsita respondisset, satis commodè in fauorem nepotum disposuisse, sibiq; testi portionem suam reliquisse, hoc non est credendum de Fratre Angelo, cui secreta testamenti commissa erant; hæcq; dicta si fuissent vera, vtique hic testis reuelasset, & tamen in eius reuelatione de prædictis verbum nullum habetur.

Hunc etiam testem fuisse mendacem satis clarè dignoscitur ex eo, quod in eius reuelatione de insania testatricis, etiam tempore primi testamenti propalauit, nā si erat insana cur tot tàm curiosè de insanę testamento appeteret?

Hic idem primus testis super art. 9. inter alia deponit per duos dies post aduentum Fabij Virgilium scripsisse in cubiculo Fabij insimul cum Fabio, & Fratre Angelo, nec vnquam vidisse Virgilium, nec Fabium colloquentem dominam Zenobiam infra dictum tempus, nec antequam incepisset scribere, etsi quandoque Virgilius, & Fabius cubiculum dictæ dominæ ingrediebantur nihil aliud loquutos fuisse, nisi quòd vociferantes aiebant; Marchionissa mea, & addit, quòd si prædicti essent loquuti de alia re, veluti testamentaria ipse testis intellexisset, quia semper in cubiculo testatricis permanebat.

Sed in art. 11. testificatur vidisse Virgilium scribentē in cubiculo Fabij, quia illuc multoties ad inseruiendum Fabio ingressum fuisse attestatur, & sic fatetur nunc pluries de cubiculo dominæ egressum fuisse, quod supra expresśè negauerat in nono articulo, at negat, affirmatq;

vassallus iste, prout melius sibi videtur expedire causæ Baronis sui.

Negat enim illic, vt testatricem affirmat non fuisse conscíam testamenti, quòd à Virgilio falsò nunc dicunt aduersarij fuisse conscriptum in cubiculo Fabij; hic affirmat, vt huius rei pro Barone testimonium præbeat de visu, & Virgilium in actu scribendi ibidem vidisse attestetur, & Fratrem Angelum de cubiculo Fabij egressum dicat postquam Virgilius finem scribendi fecerat, dum ipse in aula moraretur.

Iste testis, vt hæc tàm inter se pugnantia, varia, immò etiam falsa diceret testimonia, sui officij est oblitus omninò, & relicta cura triclinij, cui præfuisse in principio sui examinis confitetur, non solùm cubicularij, sed etiã famularum Marchionissæ ministerium vsurpauit, ita .n. dominæ testatrici vult semper præsentem adesse, vt non meminerit se architiclinum fuisse, & Fabium, Virgiliumque testatricem colloqui potuisse, vel quando ipse curabat, vt fercula ordine, & tempore, Fabio, alijsq; dominæ Marchionissæ conuiuis exhiberentur, vel quando Ar-
60 chiticlinus ipse edebat; vel quando ipsimet necessarius naturæ vsus ad positionem superflui ponderis imminebat, cuius rationem habere voluit Iustinianus Imperator, etiam paruulo illo tempore, quo testamentum perficitur *l. cùm antiquitas C. de testam.* & vassallus hic testis ità suo Baroni inseruire voluit, vt per illos duos dies, quibus figurat post aduentum Fabij Virgilium in illius cubiculo scripsisse, nec dominam Zenobiam de re testamentaria, nec de alijs rebus allocutum fuisse, huius naturæ necessarij vsus fuerit oblitus, nisi & hæc in cubiculo dominæ testatricis peregisse turpiter fateri velit.

Sed hæc, quæ hic testis deposuit tantùm abest, vt pro-

bent,

bent, vt potius ipsum de falsitate conuingant, testes.n.
61 non verisimilia deponentes nihil probare affirmarunt, *Bald.in l.testium col.7.C.de testib.*& latissimè *Tiraq. in l.si vnquam in princ.sub nu.44.C.de reuoc.donat.*quos recenset,& sequitur *Caualc.eod.lib. 5.decis.27.nu.9.qui in decis. 9.eiusdem lib.5.post Bald.in cit.l.testium col pecult.& Marsilium singul. 343. incip. verisimilitudo*, attestatur magis credendum esse testibus verisimilia deponentibus,licet paucioribus,quàm mille non verisimilia testificantibus; *& Mascard.de probat. tom.1.conclus.945. in verb. Falsarius nu.14.vers.quarto limita, post Ias.Dec. Abb. Crauett.*
62 *& Bertrand.* quos allegat,dicit,quòd ex hoc in testibus præsumitur falsitas,quia non verisimilia deponunt.

Hic tandem testis,vt omittam plures alias cõtrarias, ac falsas illius depositiones,ne in minimo quidem diceret veritatem super art.30. attestatur,se vidisse Fratrem Angelum scribentem codicillum in proprio cubiculo, vbi lectus Virgilij aderat,codicilliq; verba transcripsisse à quadam alia charta, quã miror, cur non adiecerit manu Virgilij fuisse conscriptam, cùm vnus ex reuelãtibus pro Barone hoc à fratre Angelo fingat accepisse in eius reuelatione exist. in processu Sancti Laurentij , nam ibi propalauit vidisse Fratrem Angelum, & Virgilium se in cubiculo clausisse,ibique clausis ianuis moram duxisse pro exemplando codicillo manu Virgilij conscripto, prout ipsi interroganti Fratrem Angelum de cubiculo egressum respondisse simulat eodemmet tempore , quo Notarium coram domina Zenobia stipulatum fuisse asserit codicillum.

Si igitur clausus in cubiculo Frater Angelus ad transcribendum codicillũ morabatur, vt ille reuelauit, quomodo cubiculum ingredi poterat hic testis , vt ipse de-

ponit, & Fratrem Angelum codicillum ex alia charta videre transcribentem? & si alter Baronis reuelans in eius reuelatione existenti in eodem processu S.Laurentij propalauit, Virgilium fuisse codicilli scripturam in cubiculo dominæ Zenobiæ coram Fratre Angelo, qua facie hic testis Fratrem Angelum in cubiculo Virgilij codicillum fuisse testificatur?

Respondet fortasse suam depositionem iuramento firmatam aliorum in iuratis reuelationibus omni iure præferri debere, sed responsum hoc suum nullius erit efficaciæ, nam cùm supra in alijs falsum deposuisse probauimus, in cæteris & si verum diceret (quod de hoc teste negamus expressè) nulla est illi fides adhibenda.

63 Testibns enim falsum deponentibus nedum in eo, quod dicunt falsum, sed etiam in alio, in quo dicerent veritatem non est credendum, *Caualc.decis.* 1. *nu.*21. *lib.* 5. *post Bald.& Doctores in l si ex falsis C.de transact.Alex. in cons.*53 *.nu.*12 *.in cons.*133 *.nu.*26. *& in cons.*183 *.nu.*3. *vol.*7 *.idem Caualc.eod. lib.*5 *. decis.*27 *. num.*21 *. vbi addit Brun.in cons.*32 *.vol.*4. *Barb.in cons.*77 *.col.*1 *.in fin. vol.*3. *Grammat.cons.*35 *.sub num.*11 *.Ruin.in cons.*15 *.nu* 2. *in cons.*81 *.nu.*5 *.& in cons.*157 *.nu.*7 *.&* 9 *.vol.*5 *.quibus addo Mascard.de probat.tom.*1 *. conclus.*783. vbi nonnullos cõgerit etiam de communi opinione attestantes, quam ipse pluribus modis ampliat, & ad diuersos extendit casus, quos ibidem recenset, vt apud ipsum videri possunt.

Hùc etiã accedit, quòd supradictus testis se subscripsit, & signauit scripturam stipulationis eiusdem codicilli, qua à Notario asseritur, dominam Zenobiam tunc tẽporis fuisse sana mente, & rectè loquentem declarasse, codicillos illos conficisse scriptos de eius ordine, & voluntate per manus eiusdem Reuerendi admodum Fra-

tris

ris Angeli de Sancto Ioanne in Galdo tunc ministri Prouinciæ Sancti Angeli Fratrum Minoris Obseruãtiæ, ipsosq; codicillos à se ipsa non fuisse subscriptos propter manus ipsius codicillantis debilitatem, & impotentiam, quæ omnia tunc testem vnum ex septem codicillorum signatoribus sua illa subscriptione deposuisse, nõ est nobis ambigẽdum ex his, quæ diximus infra, cùm de iurata eiusdem testis contra testamentum refellenda depositione, pleniùs disseruimus.

Qui tamen super eodem art. 30. ita diminutè de actu stipulationis codicillorum locutus est, cùm deponat, *e si stipulò quella carta cosita, la quale dissero, che era codicillo, & esso c'interuenne per testimonio*, & super artic. 31. ita obscurè testificatus est de sano codicillantis sensu, cùm dicat, *la verità è, che à tempo, che la detta Signora fece lo detto codicillo staua pure aggrauata dell'infermità, e discenzo*, vt verè falsum in omnibus deposuisse affirmemus.

64 Nam paria sunt in teste dicere falsum, & veritatem nõ propalare, *c. 1. de crim. fals.* testis. falsus esse præsumitur, qui id agit, quòd ex sua depositione veritas non appareat, *Mascard.* post plures alios, quos recensuit, & secutus est *citat. conclus. 745. num. 12. in 1. tom.* sed de isto teste iam satis ad alios transeamus.

65 Secundus testis muliercula quædam in eius reuelatione penès processf. Sancti Laurentij propalauit, se satis benè vidisse, tempore stipulationis, dominam Zenobiã tradidisse secundum testamentum Notario Marco, nec non ab alijs famulabus audiuisse, quòd Frater Angelus prius illud extraxerat à suo manicono, & dominæ testatrici tradiderat, quem actum ipsamet vidisse confitetur. At nunc super art. 9. deponens attestatur, se vidisse Fratrem Angelum extrahentem illud iddem testamentum

à suo

à suo manicono, & testatrici tradentem, quid hæc dicet in alijs, si in hoc est sibi ipsi contraria?

Secundo super art. 10. deponit se nunquam post aduentum Fabij vidisse Virgilium scribentem in cubiculo dominæ testatricis, nec de re testamentaria colloquentem, & reddens rationem sui dicti addit, quòd si hac de re locutus fuisset, ipsa testis intellexisset; quia nuuquam discedebat à cubiculo prædicto. Hæc huius testis depositio eadē, quo primi, cui vult fieri contestis, falsi morbo laborat, nā & ipsa nūquā è cubiculo egreditur dominæ, nisi quādo vult deponere vidisse Virgilium scribentem in cubiculo Fabij, nam cùm super art. 12. fuisset tantùm de auditu ab alijs famulis testificata, secundum testamētum conscriptum fuisse à Virgilio insimul cum Fratre Angelo, & Fabio in illius cubiculo, vt magis suo domino inseruiret super art. 15. deponens quandam composuit fabellam, vt & ipsa clarissimæ veritatis luci effunderet tenebras, hæc enim ibi mendaciter testificatur præcedenti die secundi testamenti stipulationis dominam testatricem fuisse insanam, & fatua verba locutā, seq; illius iussu è cubiculo egressam accessisse ad Virgilium, quem in cubiculo Fabij, & in ipso scribendi actu attestatur vidisse; sed quę fides sit huius testimonij verba fabellæ demonstrant.

Figurat enim muliercula ista, dominam Zenobiam tunc temporis sibi dixisse, *Elisabetta và dal Signore Virgilio, che cerca licenza dal Vicario, che non mi faccia andare alla nuda per Sergna, ca pò sono suergognata, perche mi vede Francisco, e così essa testimonia andò dal Signor Virgilio, il quale staua scriuendo nella camera del Signor Fabio, e gli disse dette parole, e lo detto Signor Virgilio le rispose, che dicesse alla Signora, che stia quieta, perche haueа hauuto la*

gratia

gratia dal Signor Vicario. Volui formalia verba recensere, vt domini Iudicantes magis intelligere possint, quàm pulchra sit huius fœminæ compositio, & quorsum hæc illius spectet fabella.

Hæc immemor huius testatricis honestatis, vt illam magis de furore, & insania redargueret super art. 16. testificatur, dominam Zenobiam coram ipsa teste, Fratre Donato, & alijs nudam surrexisse à lecto, totamq; personam ostendisse, quæ testis, vt in istis fabellis est singularis, ita, & singulariter mentitur, nam si ipsamet testis cũ alijs super art. 7. & in eius reuelatione attestatur dominam Zenobiam affectam fuisse paralesi per totam dimidiam dexteram corporis partem, qua motu priuabatur, quid hoc dicto inuerisimilius, quòd nuda à lecto surrexerit, & si erat insana, quid illius iussu accersiuit Virgilium? quid verba fabellæ recensuit? cur primum, cęterique aduersariorum testes, qui nunquam è cubiculo dominæ egrediebantur, vt ipsi deponunt, dum fingunt, Virgilium scripsisse per duos dies in cubiculo Fabij ante secundi testamenti stipulationem de huiusmodi fabella non deposuerint?

Hæc tandem super artic. 30. attestatur tempore, quo domina Zenobia codicillum confecit, vidisse Fratrem Angelum scribentem in cubiculo Virgilij, cùm illùc ipsa causa sternendi lectum accersisset, stratoq; lecto, cùm ingressa fuisset in cubiculum dominæ, vidisse deinde testatur illuc accedentes Notarium, Iudicem, & testes, & etiam Fratrem Angelum cum charta suta in manu insimul cum Virgilio, eamq; chartam cùm Notarius haberet in manu dixisse, *Hic est codicillus dominæ Zenobiæ, quã loqui non audiuisse deponit, & reddens rationem huius dicti addit, quia adhuc capitis infirmitate erat grauata.*

Si-

Siquæ, nunc deponit iſta fœmina, eſſènt vera, vtique in eius reuelatione propalaſſet, in qua de codicillis, nec verbum quidem vnum, ſed vt cum primo fiat conteſtis, hæc, & alia nunc figurat, attamen non benè intellexit, ſatis fuiſſe inueriſimile, quòd ipſa fœmina voluiſſet ſternere lectum ſola cum monaco, immò, vt verius dicam, quòd Frater Angelus, qui honeſtæ, & inculpatæ vitę sẽper fuit, permiſiſſet ſolam fœminam ſternere ſtragula, quæ ipſo exiſtente in cubiculo fas erat habere complicata, eo maximè, quia maritus iſtius mulieris in eius reuelatione, vt ſupra admonuimus declarauit tunc temporis, quo aduerſarij fingunt, Fratrem Angelum ſcripſiſſe codicillum, fuiſſe cubiculi oſtium obſeratum. Cæterũ ſcriptùra codicillorum ſtipulationis, cui ſeptem ſe ſubſcripſerunt codicillares teſtes, probatur, hanc mulierem eſſe mendacem, cùm ſubticeat alia verba Notarij, & teſtatricis, eiuſq; ratio non excludit, dominam Zenobiam non fuiſſe locutam, nam ſi ipſa teſtis non intellexit loquentem, intelligere alij poſuerunt, prout re vera plura verba proferentem in actu ſtipulationis audiuiſſe, corũ ſubſcriptionibus atteſtati ſunt ſeptem teſtes, vt infra iure, & ratione probauimus.

66 Tertius teſtis in eius reuelatione in proceſſu S. Laurentij declarauit, dominam Zenobiam à principio ſuæ infirmitatis miſiſſe Io: Andream, vt Neapolim Fabium accerſiret, at nunc vt particeps aliorũ fiat falſitatis ſuper art. 9. teſtatur, quòd ſtatimatq; incepit domina iacere in lecto, Virgilium Ioannem Andream vocaſſe, illumque ad vocandum Fabium Neapolim miſiſſe datis litteris, vt ſtatim Aeſerniam accederet, quia domina Zenobia moribunda iacebat.

Secundo hic teſtis in eius reuelatione dicit tempore

ſtipu-

stipulationis primi testamenti, dominam Zenobiam more insanorum vociferasse, & multi generis diuersos turpes actus fecisse, quod contradicit cæteris aduersariorũ testibus, qui tunc fuisse sanæ mentis testatricem testificantur.

Tertio super artic. 10. deponit, se nunquam vidisse Virgilium colloquentem dominam Zenobiam ante stipulationem secundi testamenti, & reddens rationem sui dicti subdit, quia ipse testis vidisset, cùm nunquam è cubiculo, & aula dictæ dominæ egrediebatur; sed hæc sua ratio non concludit; nam etsi ipse non vidit Virgilium alloquentem, viderunt alij, & ipse cùm esset in aula videre non potuit.

Quarto, sibi ipsi contradicit, & non verisimile, immò falsum testatur, si enim vt in supradicto art. 10. testificatur, nũquam à cubiculo, & aula dominæ recedebat, quà impudentia super art. 9. & 11. attestatur, se vidisse Virgilium in cubiculo Fabij scribentem, quem à cubiculo, & aula dominæ videre non poterat.

Quinto, diuersi coloris iste Pardus super art. 20. deponit, multoties dominam Zenobiam cucurisse per lectum, quod falsum est, & non verisimile, nam si vt cæteri fatentur in tota dextera corporis parte paralesi laborabat, qua etiam motu priuabatur, qualis illi cursus esse potuit?

67 Quartus testis vassallus, vt cæteri in eius reuelatione in eodem processu Sancti Laurentij propalauit, se fuisse vocatum à dominæ Zenobiæ mulione, eamque dominã tunc in principio illius infirmitatis ipsi testi demãdasse, vt Neapolim accederet ad vocandum eius nomine Fabium, quia ipsa male se habebat, & redeuntem cum Fabio accepisse à quibusdam hominibus Fræsuloni domi-

nam Zenobiam testatam fuisse, hæredemq; quemdam Don Aluerum instituisse, at nunc deponẽs super 8. art. omnia à veritate aliena, & satis diuersa figurat, nam testatur, se à Virgilio fuisse missũ Neapolim, vt accersiret Fabium, eumque interpellaret, quòd statim Aeserniam peteret, quia domina Zenobia pessimè se habebat, & in redditu audiuisse ab hominibus Frusuloni dominam Zenobiam testamentum confecisse, atque omnia, cuidã Don Antonio reliquisse.

Secundò, hic testis super art. 9. inter alia deponit, quòd statimatque Fabius cum ipso teste Aeserniã appulsus peruenit ad cubile, vbi domina Zenobia iacebat, incepit vociferando nominatim appellare, *Marchionissa mea quomodo vales, ne dubites, quia benè valebis, auxiliante Domino*, & quòd dicta Domina nihil respondit, & huius dicti reddens rationem subdit, quia pessimè se habebat, & ad rem non loquebatur, proh pudor, quot huius testis pugnantia dicta? si hic dicit nihil dominam respondisse, quomodo testificari potest tunc tunc Neapoli rediens, quòd ad rem domina non loquebatur?

Tertio in eadem sua reuelatione declarauit, dominum Fabium quinque horis elapsis post eius aduentum in Ciuitatem Aeserniam proiecisse primũ illud dominæ Zenobiæ testamentum in ignem, & combustum fuisse, in quo domestici dicebant, fuisse institutum don Aluarum. At nunc super art. 12. deponens dicit, dominum Fabiũ tempore stipulationis secundi testamẽti primum in ignẽ proiecisse, & sic duobus elapsis diebus post illius aduẽtum, cùm tunc temporis secundum testamentum fuisse Notarium stipulatũ attestati sunt cæteri aduersariorum testes.

Quartò super eodem art. 12. deponit vidisse Fratrem Angelum

gelum extrahentem à suo manicono testamentum secundum, quod ipse appellat chartam sutam, illudq; tradidisse dicit dominæ Zenobiæ, & Zenobiam sinistra manu dedisse Notario Marco præsenti, sed prius in eius reuelatione propalauerat, post aduentum Fabij, & combustionem primi, vidisse dictum Fabium insimul cum Virgilio conficientem aliud testamentum, illudq; dedisse Fratri Angelo, & Fratrem Angelum Notario Marco tradidisse.

Quintò, tandem testis iste super eod. art. 12. deponit, dominam Zenobiam tempore stipulationis secundi testamenti nihil fuisse locutam, nec aliquid dixisse Notario, quem ex se ipso dixisse ait. *Domini hoc est testamentum dominæ Zenobiæ scriptum manu domini Virgilij Chiacchiari, & quod hic intus scriptum est, sua voluntas est*, at in eius reuelatione declarauit, quoad se non intellexisse loqui dominam Zenobiam, quia aderat propè ianuam illius cubiculi, & verius dixisset, quòd aderat Carpinoni, nam veritas est, quòd hic testis eadem hora, qua Neapoli Aeserniam redijt cum Fabio, Carpinonem petijt, ibique tempore stipulationis testamenti morabatur. Vnde mirum non est, quòd tot varia, contraria, falsa, fictaq; nunc dicat testimonia.

68 Sed sicut parum firmamenti, & parum virium falsitas habet, ita testes malitia falsi, qui mentiendo Iudices fallunt, quinimmò Dei præsentiam contemnunt, & innocentem falso testimonio lædunt *c. falsidicus de crim. fals.* sua graui punirentur pœna, vbique pax, & iustitia, ac maximè in Regno oscularentur se inuicem.

69 Quintum, testis Castri Petrusij (hunc plebeium iure nobilem appellare fortasse possumus) qui super exceptionibus repulsatorijs art. 1. testificatur, se esse amicum

domino Duci N. & super art. 7. in primo beneficio atte-
statur, se fuisse domi Marchionissæ moratum plures mē-
ses, sed proprijs ipsius testis expensis, sed quæ deponit
sunt falsa, nam fuisset aliàs Marchionissæ domus quædā
Caupona, & ex his, quæ de domino Duci falsò asserit,
apparet clarè, quòd nec Mediastini Ducis familiaritatē
meretur; sed ad alia grauiora.

Iste exterus super art. 12. deponit, se vidisse Virgilium per
duos dies scribentem in cubiculo Fabij, loquendo sem-
per cum dicto Fabio, & Fratre Angelo. Hæc sibi in pri-
70 mis implicat contradictionem, nam dictio ista semper
respicit omne tempus *l. semper ff. de iure immunit.* & cō-
tinuationem denotat, *Iust. in prohemio ibi semper Augu-
stus, & l. 2. in fin. C. de Episcop. & Cleric.* nec non dictio il-
71 la, per, perfectionem significat *l. urbana §. pernoctare ff.
de verb. signif.* Ergo si semper colloquebatur Virgilius
non scribebat, & si per duos illos dies scribebat, nō sem-
per colloquebatur.

Deinde ibidem attestatur post tempus illorum duorum
dierum vidisse in actu secundi testamenti stipulationis
Fratrem Angelum extrahentem à suo manicono quan-
dam chartam sutam, eamque dedisse dominæ Zenobiæ,
quam sua manu dedisse, deponit Notario Marco ex se
ipso, & vltro asserenti, illam esse testamentum dominæ
Zenobiæ Cicinellæ, quæ locuta non fuit, & redēs ratio-
nem huius dicti addit, quia si locuta fuisset, ipse testis
intellexisset, & vlterius progrediens subdit, quòd tunc
dominus Fabius statim accipiens à scriptorio primum
testamentum proiecit in ignem, cui nihil dominam te-
statricem dixisse fatetur, & hæc omnia vidisse, audiuisse,
& interfuisse testificatur.

Sed hic testis nedum redarguitur de mendacio, sed etiam
de

de falso conuincitur ex his, quæ propalauit in eius reuelatione in processu Sancti Laurentij, quam fecerat vigore monitoriarum expeditarum ad instãtiam aduersariorum ab Episcopo Boianensi, quas procurarunt committi vndecimo ipsorum testi, & fratri vtrinque coniuncto quinto testi, in qua reuelatione declarauit, quòd eadem die, qua dicebatur, dominam Zenobiam fecisse testamentum ipse testis in aula existens intellexit testatricem vociferantem, & maiores, quos solebat emittentẽ clamores, & tunc à domesticis dictæ dominæ Zenobiæ audiuisse, Fabium N. primum illius dominæ testamentũ proiecisse in ignem, sed domesticos illos tunc sibi addit non declarasse, cuius ordine illud in ignem Fabius proiecisset; nam quæ maior varietas: immo quæ maior falsitas? si enim in aula tunc aderat, quando secundùm Notarius fuit stipulatus testamentum in cubiculo testatricis, & à domesticis audiuit Fabium tunc primum in ignem proiecisse testamentum; qua impudentia nunc confitetur omnia vidisse, quæ tunc tantùm audierat?

Sed & ratio istius testis, quòd domina Zenobia in actu stipulationis testamenti non sit locuta, non est concludẽs,

72 nam debebat magis negatiuam coarctare deponens; quòd testatrix non poterat loqui, quin ipse testis non audiuisset. *Surd. cit. cons. 414. nu. 73. vers. secundo respondeo vol. 3.* vbi loquitur in testibus testamentarijs, & sic in fortioribus terminis, nam testes extra testamentum, vt est iste Marranus, vltra quòd debent concludenter deponere, si contraueniant testamentum, debent etiam esse omni exceptione maiores, *Don Aluar. Valasc. Suar. consult. tom. 2. consult. 182. num. 32. vers. & hanc opinionẽ de qua infra dicemus plenius.*

73 Sextus testis Carpinoni (quem baculo ante depositionem

nẽ percussit Fabius viuente domina Marchionissa) alijs testibus vassallis examinatis ad instantiam Baronis est affinis, nam est gener quarti testis, cognatus tertij testis, qui est cõsobrinus primi testis. Hinc ex verberibus istius tot ortæ sunt affinium falsitates, quæ affinitas cùm sit
74 notoria in Terra Carpinoni, & inimicitiæ, poterunt Iudices ex officio se de prædictis informare, parte illas solùm allegante *iuxta nonat. per gloss. in Clement. appellanti de appellat. & Alex. in l. 1. c. vt quæ desi. aduocat.* quos recenset, & sequitur *Marant. in cit. cons.* 19. *nu.* 23. *in princ.* qui in terminis attestatur posse Iudicem ex officio se informare, quòd testis erat notoriè illitteratus, & rusticus, qui de furore testatoris deposuerat parte solùm hæc allegante

Hic testis non deponit de actu stipulationis testamenri, sed quæ testificatur de furore, & insania super artic. 15. nec
75 etiam arguunt neccssariò testatricis dementiam, nam de actibus, qui citra insaniam fieri solent à quibuscunque infirmis, qui aliquo dolore afficiuntur, argum. eorũ, quæ dicunt *Menoch. & Mascard. in locis supra citatis*, vbi agunt de signis, & coniecturis furoris, & *Corneus in cit. cons.* 91. *lib.* 4. & huiusmodi responsione tolluntur plures alij actus, quos cæteri testes falsæ insaniæ testatricis adscribunt.

76 Septimus testis barbitonsor super art. 8. deponit audiuisse à domesticis, dominam Zenobiam in primo testamento instituisse super omnibus suis bonis Don Antonium, subdens se per quatuor dies domi illius dominæ permansisse, vt quædam remedia necessaria adhiberet, quia dicta domina erat mente capta, & multum se malè habebat. Sed quæ remedia à tonsore? quæ salus dementi infra quatuor dies? sed profitetur se Medicũ,

vt

v falsum deinde dicat testimonium.

Hic enim super artic. 9. deponit, quòd infra quatuor illos dies, quos dixerunt supra se domi testatricis moratum fuisse vidit Fabium Neapoli insimul cum Ioãne Andrea venientem fuisse ingressum in cubiculum dominæ Zenobiæ, quam alta voce incipientem nominatim appellare dixisse, *Marchionissa mea, soror mea, quomodo vales?* dictaq; domina nullum illi responsum dedisse, dictumq; Fabium (& hùc illa huius testis pro adhibendis remedijs figurata mora pertinebat) egressum de cubiculo incepisse loqui cum Doctore Virgilio, quo cum, & Fratre Angelo per duos dies insimul testatur locutum fuisse, & postea vidisse accedere in cubiculum dominæ Zenobiæ primò Notarium Marcum, & alios multos, deinde Fratrem Angelum, & parùm post se illuc etiam fuisse ingressum, attestaturq; quòd Notarius habens in manu quandam chartam circum circa acia sutam dixit, *hoc est testamentum, quod facit domina Zenobia*, quam non fuisse tunc locutam testificatur, & huius dicti reddens rationem addit, quia nec loqui poterat, nam erat mente capta, & propter vociferationes, & maximos clamores, quos eadem stipulationis die emiserat profligata, atque prostrata manebat.

Sed hic testis in primis cæteris aduersariorum testibus cõtradicit, vnde nimirum si aduersarij illius depositionis lecturam prætermiserunt, cùm illi, etsi falsò Virgilium post aduentũ Fabij in eius cubiculo per duos dies scripsisse testificentur, hic per id tempus Fabium colloquentem Virgilium, & Fratrem Angelum vidisse attestatur. Vnde cùm dictio illa, per, vt supra admonuimus, temporis continuationem, & perfectionem significet, *cit. l. vrbana §. pernoctare ff. de verb. significat.* sequitur, quòd Virgilius

gilius non ſcribebat, cùm ad inuicem loquebantur.

Secundò, hic teſtis non concludit dominam Zenobiam tempore ſtipulationis teſtamenti non fuiſſe locutam, nam cùm ipſe nouiſſimus omnium teſtetur fuiſſe ingreſſum cubiculum poſt Notarium, Fratrem Angelum, & alios multos, licet re vera nunquam illuc ingreſſus fuerit, iam tunc in eius ficto ingreſſu poterat teſtatrix eſſe locuta, prout ſatis prudenter fuiſſe locutam quindecim teſtium atteſtationibus iam ſupra quam pleniſſimè demonſtrauimus.

Tertio, illius ratio non eſt bona, tùm quia, vt diximus alibi dementia non probatur concludenter per vocifera-
77 tionem, tùm etiam in extremis laborantes ſaltim ſubmiſſa, ſed articulata voce loqui poſſe videmus, quorum teſtamenta valere eſt proculdubio, *l.iubemus vbi Doctoris C.de teſtam.*

Miror equidem de hoc tonſore, qui ſupra art. 15. teſtificatur, ſe benè recordari, quòd in ipſo Fabij aduentu domina Zenobia erat mente capta, nihilq; aliud faciebat, niſi quòd loquebatur, & extra propoſitum reſpondebat proferens obſcena verba, & quòd colaphis ſuam ipſius percutiens faciem, cornua ingredientibus cubiculũ manu fingebat digitos contractos habente præter indicem, & auricularem, qui erant extenſi, & ingredientes diabolos appellabat, & tãtùm Fabio nihil dixiſſe, nihil feciſſe, & mutam tempore ſtipulationis teſtamenti ſuper art. 9. teſtatricem fuiſſe teſtatur, ſed quid mirum ſi & ipſe eſt Çarpinoni?

Attamen iſte teſtis, & alij, qui in genere teſtificantur, dominam Zenobiam fuiſſe extra propoſitum, & obſcena ver-
78 ba locutam, & id genus nihil concludunt, nam teſtes ſuper dementia, & furore atteſtantes debent de actibus, &

verbis

verbis exterioribus specificè deponere, ex quibus col-
79 ligi possit, an quis sit furiosus, & mente captus, nam aliter sic in genere deponentes dicuntur potiùs iudicare, quàm deponere, & ideo nihil probare respondit *Paris. post Socc.* & alios, quos allegat *cit. cons.* 88. *nu.* 59. *vol.* 3.

80 Cæteri verò actus, quos iste, & alij testes testificantur in specie, nec etiam insaniam arguunt concludenter, nam alij animi gratia, alij doloris causa fieri possunt, *arg. cor.* quæ idem *Paris.* *Baldum, & Alexandrum* secutus dicit ibidem *num.* 68. de illo, qui per viam lapides proiciebat.

81 Octauus testis eiusdem Terræ Carpinonis, hiccine est ille, qui vt inseruiret Baroni, Vicarij Apostolici Aesernini vsurpauit iurisdictionem, nam cùm supradictæ litteræ monitoriales Pontificiæ ad supplicationem aduersariorum priusquã committerentur Vicario Beneuentano fuissent delegatæ Vicarijs Capuano, & Aesernino in solidum vnicuique in sua iurisdictione, & Dœcesi, procurauit Baro, vt Vicarius Capuanus delegaret suas vices Presbytero huic vassallo, qui absque licentia Ordinarij Aesernini, non modò incepit Carpinoni Aeserniensis Diocçsis monitoria Papalia publicare, sed etiã publicè exhortabatur conciues, vt liberè in fauorem Baronis propalarent. Quam Orbem à Fabio in Curia Capuana fuit allegatus suspectus, & in Aesernina ad illius instantiam inquisitus, vt apparet ex copia informationis præsentata in processu S. Laurentij.

Hic testis nihil concludenter deponit de insania, nec de alijs, nam loquitur de auditu à domesticis tantùm, & si quos actus de visu attestatur, nihil concludit, quia & ipse in genere testificatur, immò deponens super art. 9. dicit, se dominam habuisse pro insana ex his, quæ vidit, nisi

gilius non ſcribebat, cùm ad inuicem loquebantur.

Secundò, hic teſtis non concludit dominam Zenobiam tempore ſtipulationis teſtamenti non fuiſſe locutam, nam cùm ipſe nouiſſimus omnium teſtetur fuiſſe ingreſſum cubiculum poſt Notarium, Fratrem Angelum, & alios multos, licet re vera nunquam illuc ingreſſus fuerit, iam tunc in eius ficto ingreſſu poterat teſtatrix eſſe locuta, prout ſatis prudenter fuiſſe locutam quindecim teſtium atteſtationibus iam ſupra quam pleniſſimè demonſtrauimus.

Tertio, illius ratio non eſt bona, tùm quia, vt diximus alibi dementia non probatur concludenter per vocifera-
77 tionem, tùm etiam in extremis laborantes ſaltim ſubmiſſa, ſed articulata voce loqui poſſe videmus, quorum teſtamenta valere eſt proculdubio, *l. iubemus vbi Doctoris C. de teſtam.*

Miror equidem de hoc tonſore, qui ſupra art. 15. teſtificatur, ſe benè recordari, quòd in ipſo Fabij aduentu domina Zenobia erat mente capta, nihilq; aliud faciebat, niſi quòd loquebatur, & extra propoſitum reſpondebat proferens obſcena verba, & quòd colaphis ſuam ipſius percutiens faciem, cornua ingredientibus cubiculũ manu fingebat digitos contractos habente præter indicem, & auricularem, qui erant extenſi, & ingredientes diabolos appellabat, & tãtùm Fabio nihil dixiſſe, nihil feciſſe, & mutam tempore ſtipulationis teſtamenti ſuper art. 9. teſtatricem fuiſſe teſtatur, ſed quid mirum ſi & ipſe eſt Carpinoni?

Attamen iſte teſtis, & alij, qui in genere teſtificantur, dominam Zenobiam fuiſſe extra propoſitum, & obſcena ver-
78 ba locutam, & id genus nihil concludunt, nam teſtes ſuper dementia, & furore atteſtantes debent de actibus, &

verbis

verbis exterioribus specificè deponere, ex quibus col-
79 ligi possit, an quis sit furiosus, & mente captus, nam aliter sic in genere deponentes dicuntur potiùs iudicare, quàm deponere, & ideo nihil probare respondit *Paris. post Socc.* & aliós, quos allegat *cit. cons.* 88. *nu.* 59. *vol.* 3.

80 Cæteri verò actus, quos iste, & alij testes testificantur in specie, nec etiam insaniam arguunt concludenter, nam alij animi gratia, alij doloris causa fieri possunt, *arg. cor.* quæ idem *Paris. Baldum, & Alexandrum* secutus dicit ibidem *num.* 68. de illo, qui per viam lapides proiciebat.

81 Octauus testis eiusdem Terræ Carpinonis, hiccine est ille, qui vt inseruiret Baroni, Vicarij Apostolici Aesernini vsurpauit iurisdictionem, nam cùm supradictæ litteræ monitoriales Pontificiæ ad supplicationem aduersariorum priusquã committerentur Vicario Beneuentano fuissent delegatæ Vicarijs Capuano, & Aesernino in solidum vnicuique in sua iurisdictione, & Diœcesi, procurauit Baro, vt Vicarius Capuanus delegaret suas vices Presbytero huic vassallo, qui absque licentia Ordinarij Aesernini, non modò incepit Carpinoni Aeserniensis Diocęsis monitoria Papalia publicare, sed etiã publicè exhortabatur conciues, vt liberè in fauorem Baronis propalarent. Quam Orbem à Fabio in Curia Capuana fuit allegatus suspectus, & in Aesernina ad illius instantiam inquisitus, vt apparet ex copia informationis præsentata in processu S. Laurentij.

Hic testis nihil concludenter deponit de insania, nec de alijs, nam loquitur de auditu à domesticis tantùm, & si quos actus de visu attestatur, nihil concludit, quia & ipse in genere testificatur, immò deponens super art. 9. dicit, se dominam habuisse pro insana ex his, quæ vidit, nisi

fuiſſet à ſpiritibus immundis obſeſſa, & quæ vidit non deponit ſpecificè. Vndè cùm nec ipſe anceps potuerit iudicare,an verè fuerit inſana,nec Iudices,quorum proprium eſt hoc officium, poterunt ex huius teſtis deſpoſitione generica aliquid circa dementiam deliberare,& ideo ex his,quæ ſupra diximus nihil valet.

Hic dicit audiuiſſe Virgilium dicentem ſe miſiſſe Vendictum ad vocandum Fabium, quod non eſt verum, & in hoc eſt ipſe teſtis ſingularis,& nihil probat.

Hic denique ſuper art.31. deponit ſatis benè recordari eadem die Auguſti, qua domina Zenobia confecit codicillum, dictam dominam fuiſſe pluſquam antea capitis infirmitate affectam, ſtetiſſe vti mortuam, & loqui non potuiſſe, at in ſua reuelatione non propalauit eadem die adfuiſſe domi dominæ codicillantis, quòd ſi adfuiſſet, vtique dixiſſet. Vnde quæ nunc deponit ſuper iſta vaga negatiua,potius quàm aliquid probent, ipſum redarguunt de mendacio, neque eius ratio concludit, quin domina Zenobia tempore ſtipulationis codicilli, cui ipſe non interfuit, loqui potuiſſet, prout re vera ſatis prudenter fuiſſe locutam ex ſcriptura ſtipulationis, cui ſeptem codicillares teſtes ſe ſubſcripſerunt iam infra demonſtrauimus ſatis.

82 Nonus hic teſtis, eſt ſeptimus teſtis ſuper repulſa, & decimus octauus reuelans, & vbique locorum ſemper adeſt pro Barone. Hic eſt ille, qui Hieronymum Terræ Peſcularum rogauit, vt ille eadem in fauorem Baronis de figuratis verbis Virgilij iracundè in eum prolatis tēpore codicillorum ſtipulationis deponere vellet, quæ nunc ipſe deponit ſuper art. 30. & cùm ille laicus renuiſſet teſtificari, quòd vera non eſſent, precibus hic interpellabat, vt etiam diceret, nam & ipſe hæc, & maiora

depo-

deponeret, vt inseruiret Baroni, vt apparet ex depositione eiusdem Hieronymi in processu Sancti Laurentij in inquisitione formata contra supradictum octauum testem per Curiam Episcopalem Aeserninam.

Iste testis super art.31.attestatur, quòd domina Zenobia tempore confectionis codicilli fuit pessimè affecta, & mente capta, & quòd nec loquebatur, sed ex his, quæ supra deposuit in art.30.apparet, hunc testem non fuisse præsentem tempore stipulationis codicilli, quando domina Zenobia satis benè,& sensatè locuta fuit.

Cæterum quod diximus in supradicto tertio contrario de subscriptione octaui subscriptoris vnico contextu corã testibus facienda, & si ijsdem supradictis rationibus dilui posse videatur, attamen ne præter morem, & contra meam antiquam consuetudinem aliud in iure affirmem,
122 quàm quod mihi ita iuris esse cons. iẽtia dictet, fateor in hoc tantùm defecisse subscriptionem Fratris Angeli, quòd coram testamentarijs testibus non subscripserit; nam si subscribere potuisset testatrix, hoc iddem pro forma testamenti in scriptis tenebatur seruare *cit. l. hac consul-*

fultissima, ibi, eique ipse coram testibus sua manu reliqua parta testamenti subscribere, vbi communiter Doctores, ergo, & Frater Angelus, qui pro ea subscripsit *ead.cit.l. vers.octauo subscriptore*, pro eo adhibito eadem seruari decernimus.

123 Quibus conferunt, quòd subrogatus alicui, qui aliquem actum expedire debet cum forma, tacitè censetur subrogatus etiam quoad illam formam *Bald. in l. si puellam cap.si manc.ita fuer.alienat.* dicens, quòd si testa-
124 tor dedit formam distributioni piorum legatorum, vt fiat cum consilio Prioris Prædicatorum, vel Guardiani Minorum, & executor decessit, vel negligens fuit, & eius loco successit Episcopus, is illum Priorem, vel Guardia-
125 num tenetur consulere, aliàs actus nō valebit, & *Bart. respondit in cons.* 187.*in fin. domini Priores, vol.* 1. quòd Iudex Ecclesiasticus, qui supplet negligentiam Iudicis sæcularis debet procedere summariè, si ita debebat procedere sęcularis, quos recenset, & sequitur *Felyn. in cap. cum dilecta de rescript. num.*7. *vers. amplia septimo cum princip. numeri seq.* vbi ipse adducit illud generale vulgatum, quòd subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur *cap. Ecclesia el primo, vt lit.pen.cum similibus.*

Et ex his concludo testamentum hoc dominæ Zenobiæ isto solo defectu subscriptionis Fratris Angeli octaui pro ea subscriptoris, qui testibus testamentarijs absentibus subscripsit, iuris censura vti testamentum solemne non subsistere.

126 Quidquid nouissimus compilator decisionum Sac. Consilij de alio deficiente necessario dixerit in sua *dec.* 95. *num.* 16. vbi genericè testatur idem Sac. Consilium habuisse pro indubitato, quòd hoc testamentum, de

quo

quo agimus, non poterat substineri vti in scriptis confe-ctum ex defectu solemnitatum requisitarum *in d. l. hac consultissima C. de testament.* quas ipse nomine aduersa-riorum recensuerat, & inter alias eam enumerauit *num.* 2. quòd testamentum solemne exhiberi debeat coram testibus in actu stipulationis non ab alio, quàm ab ipso testatore iuxta formam traditam *in d.l.* quòdque Zeno-biæ testamentum ab alio, nempè Fratre Angelo fuerit exhibitum, quæ solemnitas satis mihi visa est noua, cum apud scriptorem aliquem non legerim, nisi in dicta no-uissimi compilatoris decisione.

Quamobrem cum alijs aliorum Doctorum opinionibus, iam nos supra satisfecimus, huic modo recenti taliter respondemus affirmantes, vtramque supradicti auctoris, & iuris, & facti huiusmodi assertionem non esse veram; satis enim supra demonstratum est, tum Fabij quinde-cim testibus *num.* 34. *vers. illudque Notario cum seq.* tum etiam aduersę partis sex alijs *num.* 14. *vers. super quibus*, dominam Zenobiam testatricem tunc temporis sua si-nistra manu obtulisse Notario Marco scripturam illam stipulandam, quam nos semel, bis, & millies affirmamus ipsa testatrice postulante Fratrem Angelum schedulæ conseruatorem à suo prius extraxisse manicono, cum in hoc magnum agant festum aduersarij, sed nescimus qua ratione, at negamus ea lege sancitum esse pro for-ma; vt tantùm à testatore solemne coram testibus exhi-beri debeat testamentum.

127 Nam ibi impersonaliter dictum est, quod offertur, id est nullius facta mentione testatoris, aut alterius, à quo offeratur §. 1. *instit. de stipulat. seruor.* dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentū dixerit, quod offertur, hocque vnum etiam est ex tribus magis substā-

tia-

tialibus testamenti solemnis, vt adnotauit *Marant. cit. conf.* 140. *num.* 14. quoduè initio illius legis habetur, licere per scripturam conficientibus testamentum, eam consignatam, vel ligatam, vel tantùm clausam, inuolutâque proferre, & simul testibus omnibus offerre signādam, non aliter est de substātia, & forma solemnis testamenti, vt auctoritate *Castrensis* admonuimus supra, *cit.* 128 *l. hac consultissima nu.* 1. cui nunc illud addimus, quod verbum licere teste *Decio in l. in actionibus num.* 11. *ff. de in lit. iurand.* liberam importat voluntatem, atque data instantia argumentum decisionis, palàm corruat, necesse est.

Quapropter rogo decisionum compilatorem, ac peto, an si vt testatricis nostræ sola dextera afficiebatur paralesi, ita & eo morbo sinistra laborasset, quòd manibus offerre sui testamenti non potuisset scripturam pedibus nè coram testibus proferre, & eam exhibere debuisset testatrix? minimè quidem certè, nam id valdè nimis esset turpe, & ridiculum affirmare: quinimmò quemadmodum ea consultissima lege prospicere curauerunt Imperatores testamento illius, qui litteras ignorasset, vel nequiuisset subscribere, cum ibidem pro forma statuisse subscriptionem testatoris, octauum pro eo adhiberi mādantes subscriptorem, ita, & huic casui consulere non omisissent, cùm frequenter accidere potuisset, si necessariò, vt perperam nostri interpretati sunt aduersarij, à testatore schedulam testamenti offerri sua *l. hac consultissima* pro forma tradidissent.

Sed dato citra veri præiudicium, quod huiusmodi Marchionissæ testamentum non vnius solemnitatis, sed omnium à lege requisitarum, corruat defectu, cùm nihil intersit, an vno, vel pluribus deficientibus necessarijs requisi-

quisitarum, corruunt defectu, cùm nihil intersit, an uno, vel pluribus deficientibus necessarijs requisitis, vti solemne non subsistat, vti tamen testamentum nũcupatiuum saltem implicitum omni iure valebit, & ita ad secundam, & tertiam propositas dubitationes respondemus.

Et huic nostræ iam dictæ conclusioni neque quartum principale illud obstabit oppositum, quòd si vti in scriptis substineri non possit, nec vti nuncupatiuum
129 aliquo modo valeat permanere, nam in schedula Marchionissæ testamenti adsunt clausulæ, quòd si non valet iure testamenti in scriptis, vel nuncupatiui, valeat iure codicilli, donationis causa mortis, vel iure cuiusuis alterius vltimæ voluntatis, ita quòd quilibet hæres forsitan ab intestato successurus intelligatur grauatus ad omnia contenta in d. testamento, quod iam in actis est præsentatum.

130 Quibus clausulis, immò earum singulis apparet, testatricem noluisse se restringere ad vnam tantùm testamenti formam, *arg. l. 3. ff. de milit. testam.* quo casu etiam si destinasset in scriptis testari, prout destinauit, & testata est, licet non adhibuerit solemnita-
131 tem, nisi ad testamentum nuncupatiuum sufficientem, vno ore fatentur omnes, testamentum valere vti nuncupatiuum, ita in specie firmasse *Bart. Socc. Imol. Cyn. Paul. Alex. & Greg. Lap. in locis per ipsum recensitis attestatur Vasquius, in suo supracitato tract. de succ. lib.* 2. §. 2. *num.* 11. hancque communem Doctorum esse opinionem, & sine controuersia pertransire dixit idẽ ipse *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 2. num. 2.* vbi inter plures, quos congerit ex nostratibus recenset *Grammat. cit. decis. 62. & Afflict. in decis.* 144. quo loci

132 fuiſſe deciſum atteſtatur, teſtamentũ in ſcriptis ſubſtineri vti nuncupatiuum, etiam ſi aliundè appareat, teſtatorem ad teſtandum in ſcriptis voluiſſe ſe arctare; *& Cardin. Seraph. Oliuer. in deciſionibus Rotæ par. 1. deciſ. 749. num.* 13. teſtatur fuiſſe deciſum, quòd clauſula omni meliori modo appoſita in teſtamento, ſiuè in codicillis operatur, quòd teſtator voluerit ſe reſtringere ad teſtamentum in ſcriptis.

Quamobrem negamus, teſtamentum hoc dominæ Zenobiæ non poſſe valere, vt nuncupatiuum implicitũ, & ſi teſtamenti in ſcriptis omnes ſolemnitates deficerent, quia eo caſu teſtatricis voluntas non deficeret, vt in contrario defeciſſe dicimus, ſi dictæ clauſulæ

133 non adeſſent, & ita limitanda, & intelligenda eſt communis illa Doctorum opinio *Menoch.* relata, in quo caſu diſtingunt *Vaſq. & cæteri, quos Menoch. recenſet cit. conſ. 313. num. 37. verſ. quartus eſt caſus,* vbi

134 etiam ipſe illorum vtitur diſtinctione. Sed *Vaſq. vbi ſupra num.* 13. aliam pro teſtamento firmauit opinionem, eamque ſexdecim comprobauit argumentis, & *num.* 16. non minus ſibi ſuam videri receptam, quàm contrariam, reſpondit, ſuamque in omni vſu forenſi ſequendam eſſe conſuluit, vti piam & teſtamento fauentem, vt apud eum eſt videre, ad quem lectorem remittimus.

135 Et tandem nihil refert id, quod ſecundo loco in quarto iſto oppoſito ex doctrina Menochij dicebatur, magis receptam eſſe Doctorum opinionẽ, quòd vt teſtamentum illud valeat in vim impliciti nuncupatiui, debeat eſſe conſcriptum manu ipſiuſmet teſtatoris, non aliorum, quia in primis negamus verum eſſe, quòd illa *Menoch.* ſit magis recepta opinio, nam

vt

vt est legere apud eosdem scribentes, qui à Menoch. pro ista opinione recensentur, si Bart.& paucos alios excipias, cæteri vel tantùm loquuntur exemplificatiuè, vel tantùm abest, vt dicant id, ad quod probandū *Menoch.* eos allegat, vt potius contrarium sentire videantur, vel tandem secundùm contingentiam facti responderunt.

136 *Iason enim in cit.l.hac consultissima §.per nuncupationem C. de testam.* insurgit aduersus Castrensem, & dicit non valere testamentum factum in schedula reposita apud Guardianum Sancti Francisci,& Paulum non intellexisse Bart. loquentem tantùm in legato, non autem in hæredis institutione. Vnde cum loquatur iuxta terminos Bart. nō fecit Iason difficultatem, nec constituit differentiam, quòd schedula fuisset scripta manu testatoris, vel aliena; sed firmauit, quòd in schedula illa hæres institui non potuisset; immò ipsemet *Ias.in l.penult.num.14.C. de fideicom.* clarè sentit nihil referre, an schedula scribatur manu testatoris, vel aliorum.

137 *Paris.in cit.cons.19.num.36.lib.3.* non dicit, quòd testamentum nō valeat, nisi testatoris manu sit scriptum, sed tantùm consuluit, testamentum illud non valere, quod in facti contingentia dicebatur scriptum manu testatoris, ea motus ratione, quia circa identitatem illius cædulæ deficiebant probationes.

138 *Socc. qui à Menoch.* bis pro sua opinione allegatur *num.3. & col. 1.cit.l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstrat.* licèt recenseat exemplum *Bart.* loquentis in testatore se referente ad schedulam sua manu conscriptam, & repositam apud Guardianum Fratrū

139 Minorum, tamen ibidem *vers. secundus casus est*, po-

nit aliud exemplum, quando ſcilicet teſtator ſe referret ad aliam ſcripturam, qua plena, ac certa fieri poſſet probatio, veluti ſi teſtator diſponeret per relationem ad teſtamentum nullũ, de quo tamen conſtaret per publicum inſtrumentum. Vnde ſatis apertè colligitur ex ſcriptis *Socc.* quòd nihil interſit, an ſcriptura ſit aliena, vel teſtatoris manu conſcripta, dummodo de ſcripturę, ad quam ſe referre voluit teſtator identitate probatur.

140 *Alex. in cit. conſ.* 176. *num.* 6. *lib.* 5. loquitur ſecundùm contingentiam facti illius teſtatoris, qui declarauit illud ſuum eſſe teſtamentum, quod ibi ſua manu ſcriptum erat.

141 Cæteri denique ab eodem *Menoch.* relati exemplificant iuxta doctrinam *Bart.* ſed non negant, quin alijs modis de identitate ſcripturæ probari poſſit, etiã quòd aliena manu ſcripta ſit, idque ad validitatẽ teſtamẽti nuncupatiui impliciti ſatis eſſe, verior, & crebrior eſt Doctorũ ſententia, nã eã ſecuti ſunt *Caſtrenſ. cit.* §. *per nuncupationem num.* 3. *Iaſ. in cit. l. penult num.* 15. *C. de fideicom. Socc. in conſ.* 142. *num.* 2. *lib.* 1. *Alciat. in conſ.* 601. *in aut. quod ſine num.* 27. *C. de teſtam. Iul. Clar. in* §. *teſtamentum queſt.* 4. *verſ. ſed pone aliquis,* quos recenſuit idem *Menoch. cit. conſil.* 313. *num.* 46. quibus addo *Maſcard. de probat. tom.* 2. *concluſ.* 1358. *num.* 73. *verſ. tertius eſt caſus,* qui loquitur, ſiuè cædula ſit ſcripta à teſtatore, ſiuè ab alijs, & de communi teſtatur opinione, *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 7. & *Card. Tuſchus practicar. concluſ. iur. tom.* 8. *cit. concluſ.* 97. *num.* 3.

Sed quia in caſibus, in quibus conceditur, vt quis per cædulam teſtari poſſit, ſemper illud intelligitur, modo liqui-

liquidò, & manifestè cõstet, illam cædulam, vel scripturam, quæ exhibetur esse illam, quam pro sua voluntate testator seruari voluit, ne in futurum contingat
142 dubitari de identitate cedulę, vel instrumenti, Doctores supradicti *Mascard. Mantic. & Card. Tusch. in supracitatis locis* amplexantur cautelam traditam à *Iul. Clar. in cit. §. testamentum quæst. 4. num. 3. vers. sed quid si testator num.* 2. qui consuluit, vt Notarius à tergo ipsius cedulæ, vel scripturæ clausæ apponat tempus, nomina testium, & rogitum, quam probauit etiã *Alex. Ambros. in suis decis. Perus. for. Ecclesiast. decis.* 13.
143 *num.* 25. nam tunc absque difficultate valebit, vt testamentum nuncupatiuum implicitum secundùm communem, & magis communem opinionem, de qua ibidem *cit. conclus. 97. num. 3. idem Tusch. attestatur*, & quando indubitatè constat, cædulam esse illã, de qua sensit testator, vires testamenti nuncupatiui habere, vt si alia, quam testatoris manu sit scripta idē probare videtur *Menoch. cit. cons.* 313. *num.* 49. *vers. & praterea.*

144 Secundò respondemus, quando testator se referret ad schedulam dimissam penes Guardianum Sancti Francisci, nos autem in casu satis diuerso, cum cædula propria manu fuit tradita Notario à domina testatrice palàm coram omnibus affirmante, quòd illud erat testamentum, & vltima voluntas, vt plenissimè
145 demonstrauimus supra, quo casu absque dubio valere, vt testamentum nuncupatiuum, siuè sit scriptum à testatore, siuè ab alio, ipsemet *Menoch. probauit cit. cons.* 313. *num.* 49. *vers. secundo vrgere videtur post Castrens. in cons.* 93. *viso col. vlt. num. 4. lib.* 1. *& cons.* 414. *viso col.* 2. *num.* 3. *lib.* 2. & est communis Doctorum

sen-

sententia, vt recensuit, & secutus est *Mascard. tit. conclus.* 1358. *nu.* 73 *vers. tertius est casus.* Sed hæc quidē hactenus de testamento.

Cæterum ad codicillos, quod attinet, eos, fortasse aduersarij eodem, quo testamentum dicent laborare

146 morbo, eosq; viuere minimè posse, quòd in eorum natiuitate, (nascitur .n. codicillus *l. cum antiquitas in princip. C. de testam.*) & codicillantis voluntatem (quæ vitalis instar sunt spiritus) defecisse asseuerant:

Nobis verò contra, nedum dominæ Zenobiæ voluntatem, sed perpetuam, eamque constantem codicillis tunc temporis adfuisse, & iuris solemnia non tantùm codicillantem adimpleuisse, sed etiam legum cautelas pro suæ huiusmodi dispositionis perpetuitate addidisse monendum est.

Veruntamen cùm satis mihi supra, vbi de re testamentaria egi, quæ ad probandam eius veram & perspicuam disponendi voluntatem facere poterāt, explicata sint omnia, consultò nunc, iis præteritis, ad ea, quæ codicillorum sunt solemnitatis accedam.

147 Sed quia codicilli altero de duobus modis conficiuntur, in scriptis, & sine scriptis *l. vl. in princ. C. de bon. libert. l. generali C. de codicillis*, de tribus quærendum est.

In primis an codicilli aliquam iuris solamnitatem requirant.

Secundo, an domina Zenobia scriptis, vel sine scriptis suos confecerit codillos.

Tertiò, si verè codicilli in scriptis habiti sunt, defectu solemnium corruant, vel aliorum iure subsistant.

Quod igitur ad primum pertinet, tot sunt interpretum contrariæ opiniones, vt totum penè mihi ius codicil-

lo-

148 lorum perturbari videatur. Alij enim ita codicillos sine solemnibus esse dicunt, vt etiam quinque testes, quos Theodosius excepto testamento in qualibet vltima voluntate requirit *cit.l.vlt.C.de codicill.* ad probationem tantùm exigant, non ad solemnitatem per *tex.in §.vlt.instit.eod.* quod primus omnium sentit, *glossat. in rubrica ff. de iure codicill.* quem ibi sequitur *Bald.& post Cuman.* quem recenset *Lancellott. Galiaula in l.1 num.46.circa princ.ff.de verb.obligat. & Surd.*
149 *in cons.* 158. *num.* 20. *circa medium vol.* 2. quibus in locis inferunt, quòd si codicillis legitimus testium numerus desit, non deficiat ius, sed probatio, & ideo si pars confiteatur, codicillos fuisse confectos, licet sine legitimo numero testium, confessio noceret, quia codicillos probaret.

150 Alij in contraria sunt opinione, quinque testes pro codicillorum solemnitate requiri, quod firmauit *glos.in cit.§.vlt.instit.de codidicill.& Ceph.in cons.*360. *num.*7.*& seq. vol.*3. vbi dicit, quòd in codicillis quinque testes requiruntur de necessitate, quia verbum illud debet, quod legitur *in cit.l.vlt. C.eod.* importat necessitatem, *hinc Corneus in cons.* 18 *num.* 9. *vol.* 2. secutus opinionem *supra cit. gloss.* deducit, quòd si pars fateretur codicillos esse factos coram quatuor testi-
151 bus solis, confessio non reuelaret, quia codicilli essent nulli, cum ad efficaciam vltimæ voluntatis non sufficiat veritas, nisi etiam solemnitas interueniat *l. si veritas C. de fideicom. & l. non dubium §. illud C. de testament.*

152 Quidam vt *Port.in cit.§.vlt. instit. de codicill.num.* 10. pro supradictarum glossarum, & opinionum contrariarum concordia ea vtimur distinctione, quòd co-

dicilli

dicilli si fiant in scriptis, ad solemnitatem actus exigit testes; at si sine scriptis conficiantur, ad probationem testes requirant.

153 Alij in eam iuerunt sententiam, codicillos nunquam sine solemnibus esse ordinationis, siuè scripti sint, siuè non scripti, hac tamen diuisione, quòd si codicilli scribantur, testator declaret, suos illos esse coram quinque testibus eodem tempore, seù simul adhibitis, & suam codicillis subnotationem, hoc est subscriptionem commodantibus; verum si sine scriptis habeantur, sufficiat, vt coram eisdem testibus sic adhibitis suam testator nuncupet voluntatem, & quod post eius mortem fieri velit, exponat *Donellus in suis comment. iur. ciuil. de iure codicill. cap. 19. vers. obseruationes, & Io: Oinot. iustit. de codicill. in princ. num. 28. 34. &* 38. qui negant requiri sigilla, etiam si fiant in scriptis *per tex. in cit. l. vlt. §. vlt. C. eodem, & in l. dini §. codicillos ff. de iure codicill.* vbi ex Martiani institutionibus sancitum est, quòst codicillos, quis plures facere possit, & ipsius manu, neque scribi, neque signari necesse sit.

154 Alij etiam exigunt, vt pro solemnitate quinque testes nedum codicillos scriptos subscribant, sed etiã obsignent, & sigillent, nec non testator ipse subscribat *Bart. Instit. de codicill. §. sed cum ante testamentum nu.* 5. quem sequitur *Faber in cit. §. vltimo per tex. in l. cum antiquitas §. vlt. de testam.* vbi à Iustiniano exequati sunt, codicilli testamento in scriptis præter numerum testium, & definitum, testatorem non debere sua, vel alterius manu testamentum, vel codicillos subscribere, si totos, totumque propria manu conscripserit, & in specie hoc eadem scriptura declarauerit, qui in

hac

hac tantùm parte, & ea conditione correxit constitutionem Theodosij, & Valentiani, *in cit. l. hac consultissima C. eod.* & ideo reliqua circa testium sigilla, & alia, quæ non fuerunt mutata, forma remanet, quòd si totos propria manu non scripserit, vel huiusmodi defecerit declaratio, tunc testator, vel alius pro eo codicillos, aut testamentum subscribere debet iuxta formã constitutionis illius, quæ eo casu aliqua in parte non corrigitur.

Sed qui hæc conueniunt cum eo, quod *instit. de codicill. in cit. §. vltimo*, à Iustiniano sancitum est, codicillos nullam solemnitatem ordinationis desiderare.

155 Doctores huius contrarij sentientes difficultatẽ, varias annexerunt solutiones *gloss. in eo §. interpretando dictionem illam*, nullam, refert ad sollemnitates, vel septem testium, vel sigillorum, vel subscriptionum testium, vel etiam ipsius testatoris, quæ in testamentis solemnibus exigũtur, non autem ad quinque testes, quos gloss. pro codicillorum solemnitate desiderat, quam ipse solutionem probare non possum, quippe qui non valeo, nec etiam quinque testes iuxta gloss. desiderium, pro solemni codicillorum ordinatione desiderare, nullam omninò ipso legislatore desiderante.

156 Quapropter *Donellus in sopracit. loco*, vt huius legis effugeret auctoritatem, asseruit illud nimirum fuisse scriptum ab auctore, aut Caio, aut Vulpiano, aut si quis est alius veterum, cuius ex institutionibus Iustiniani institutiones magna ex parte compositæ sunt, ante superiorem constitutionem Theodosij; quo tẽpore verum fuisse, inquit codicillos nullam omninò ordinationis solemnitatem requisisse, cuius Donelli

assertio magis mihi esse videtur somniantis, quàm Iurisconsulti alioquin eloquentissimè differentis; sed esto millies, quod fuerit ab alio scriptum, eius tamen solutio, nec mihi ea ratione probatur, quia ita Iustinianus omnia, quæ suis in legibus reposita sunt, obtinere mandauit, vt etiam si aliter fuerint apud veteres conscripta, & in contrarium in sua compositione inueniantur, non scripturæ, sed suæ electioni hoc adscribi sanciuit, & quicquid ibi scriptum est, hoc suum voluit apparere, & ex sua voluntate compositum, *C. de vet. iur. enucl. const. 1. §. in tantum col. 4. & const. 2. §. tantummodo vers. vna omnibus col. 6. in fine.*

Quod, & ipse Donellus eo loci præsens, ne iura inuicē pugnent, quæ Iustiniani voluntas est, alitèr soluit, & eorum sequitur opinionem, qui frequentiori calculo affirmant, sic illud dictum institutionum esse accipiē-dum, vt codicilli nullam desiderent solemnitatē plenam, & perfectam, qualis desideratur in testamentis, *gloss. Bart. Faber. Oinot. in cit. §. vltimo Eguinar. Baro. in suis commēt. super instit. lib. 2. in tit de codicil. in priori parte comment. circa finem*, & alij alibi, licet non omnes easdem exigant solemnitates; sed quidam tantum quinque testes, alij etiam testium subscriptiones, nonnulli quoque sigilla testium, & testatoris subscriptionem requirunt; sed hæc communis solutio, nec etiā mihi satisfacit, nam adhuc citata iura inuicem aduersari videntur, & Iustinianus codicillos, non testamentariam, sed nullam ordinationis solemnitatem desiderare definiuit.

Quid ergò? eruntnè leges contrariæ, & codicilli sine solemnitate? minimè.

157 Sed alia mihi placet solutio, quæ nè displiceat

cæte-

cæteris,hęc pauca præfari volo,quòd licèt codicillos scriptis, & sine scriptis fieri constet *ex cit. l. vltim. C. de bon. libert.* tamen si scriptis conficiantur, duobus etiam modis mihi fieri posse videntur, vel secretò clausi ad similitudinem testamenti in scriptis solemnis,nullo ea sciente,quæ in codicillis sunt, vel palàm confecti, hoc est coram testibus lectis, & publicatis omnibus, quæ codicillorum scriptura continet reserata; quod mihi probat vtrumque Theodosij, & Valentiani cōstitutio *in cit. l. hac consultissima C. de testam.* vbi rescripserunt, licere per scripturam cōficientibus testamentum,si nullum scire velint ea,quæ in eo scripta sunt,consignatam,vel ligatam,vel tantùm clausā, inuolutamque proferre scripturam, ex quibus verbis colligitur, posse etiam palàm confici testamenta absque nimia legum subtilitatem, quam tunc demum Imperatores ea exigunt constitutione, si secretò, & clausis tabulis testari velimus.

158 Quorum institutio, & si ibi loquatur in testamētis,obtinebit etiam in codicillis, quod nō solùm probatur per *cit. Instin. l. cum antiquis §. vlt. C. eod.* sed etiā alia eiusdem *Theod. & sociorum constit. in l. vltima, C. quemad. testam. aperiantur*, qua sancitum est, codicillos eodem modo, quo testamenta panduntur, esse aperiendos, ergò vt testamenta claudendi sunt codicilli, & obsignandi, nam qui vult consequens, censetur velle,& antecedens. *Eurrald.* in loco à concessione consequentis ad concessiouem antecedentis.

159 Verumtamen si licet testari per nuncupationem, hoc est sine scriptura *cit. l. hac consultissima §. per nuncupationem*, licebit etiam in scriptis nostram in testibus voluntatem nuncupare, *gloss.* est ibi, quam cæteri

Doctores sequuntur vbique, sed quia tunc intercedit scriptura, ego in codicillis sic confectis etiam testium subscriptiones requiro *per tex. in cit. l. vlt. §. vlt. C. de codicill. quam Theodos.* hanc aliam constitutionem si tu de codicillis scriptis intellexeris eo modo, quo *Iustinianus* de scripta stipulatione locutus est *in l. 1. in princ. C. de rei vxor. act.* alia iura nullo modo pugnabunt, quod clariùs hac diuisione demonstrabimus.

Codicilli enim aut fiunt sine scriptis, & ad probationis solemnitatem dico sufficere quinque testes, aut in scriptis, & tunc vel scriptura erit aperta, & etiam exigo testium subscriptiones *cit. l. in fine,* vel erit clausa, & tunc quoque requiro testium sigilla, & testatoris subscriptionem, vel alterius pro eo, si subscribere testator non potuerit, vel totos propria manu non conscripserit, immò etiam cætera, quæ iuxta *Bart. sententiam in cit. §. sed cum ante testamentum in fin. instit. de codicill.*

160 Nec his, quæ diximus de obsigandis codicillis refragabitur *tex. in cit. l. diui. §. 1. ff. de iur. codicill.* nam quoquo modo fiant codicilli, non est necesse, vt manu testatoris signentur, & ita ibi loquitur *Modestinus,* quem aliter intellexit *Io: Oinot.* non rectè referēs verbum illud, signari, ad testatorem, quod referre debebat ad testes, qui clausos codicillos in scriptis, obsignare debent omninò cit. iuribus.

Illa tamen addita declaratione, quòd testes, subscriptiones, sigilla, & alia, quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur *instit. de testam. ordin.* ad codicillorum ordinationem non sunt necessaria, sed ad

161 eorum tātùm solemnitatem requiruntur; nam quēadmodum in testamentis ordinandis vna amota est

solem-

solemnium verborum necessitas *l. quoniam indignum*
162 *C. de testam.* ita in codicillis ordinandis nulla desideratur solemnitas *cit. §. vlt. Inst. de codicill. vbi tex.* intelligendus est, quoad eas solemnitates, quæ sunt de substantia, non autem quoad eas, quæ ad probationem exiguntur, vt animaduertit *Surd. in cit. cons.* 158. *num. 20. in fin. vol. 2.* & probat id mihi *Iustinianus in l. vlt. C. de fideicom. ibi.* cum enim res per testium solemnitatem ostenditur, tunc, & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est, & hæc est solutio, quæ nihil probatur, vt verior, & quæ ni fallor, contrariorum dissonantiæ quærelam dissoluit.

163 Hinc colligo maximum esse discrimen inter solemnitatem probationis, & solemnitatem ordinationis; nam ista deficiente deficit ius, & ideo si quis fateatur, aliquem condidisse testamentum, sed dicat exempli gratia, confectum fuisse cum minori septem testium numero, ista confessio non nocebit, quia testes, & aliæ solemnitates necessariò, vt diximus, ad ordinationem, & substantiam testamentorum desiderantur; sed illa si desit, ius non deerit, quam ob rem, si quis confiteatur, codicillos fuisse confectos coram minori legitimo testium numero, vel etiam sine scriptura, & absque alicuius testis præsentia, confessio nocebit, quia testes, & aliæ codicillorum solemnitates sunt probationis, non autem de substantia ordinationis, *Surd. ibidem eod. num.* 20. vbi sequitur opinionem Galiaulæ *in cit. l. 1. nu. 46. ff. de verb. obligat.* quam veriorem esse asserit contraria Cornei opinione *in cit.*
164 *cons.* 18. *num.* 9. *vol.* 2. & ex his dictis Galiaulæ ibi etiam infert *Surd.* quòd in codicillis erit locus iuramento litis decisiuo, quorum sententiæ libenter me

sub-

ſubſcribo *per tex in* §.*vlt.inſtit.de fideic.* præſertim ibi. Cum autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, & maximè ipſe hęres, cui ſumma authoritas totius cauſæ commiſſa eſt, dicere compellitur veritatem per sacramenti Religionem, qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata fide relicta?

165 Quibus iuribus interpretantium omiſſis peruerſionibus lucidiſſimè demonſtratur, ad efficaciam codicillorum ſufficere veritatem, & ſi probatoria deſit ſolemnitas, quæ demum eſt exigenda, quando hæres, legatarius, vel fideicommiſſarius defuncti voluntatē

166 non agnouerit, & ita loquuntur, & intelligendi ſunt *tex.in cit.l.ſi veritas C.de fideicom. & in l.non dubium* §.*illud C.de teſtam.*

167 Et tandem ex ſuperioribus dictis concludo, non rectè ſentire Donellum, & alios, qui in codicillis teſtes, vel ſubſcriptiones, aut etiam aliam pro ſolemnitatibus ordinationis requirunt; quia nulla ordinatio-

168 nis ſolemnitas deſideratur; nec eos, qui (vbi hæredis, legatarij, vel fideicommiſſarij deficit fides) nullā codicillos iuris ſolemnitatē deſiderare affirmat; cum tunc probatoria ſolemnitas requiratur. Sed hæc de prima quæſtione ſatis.

Ad ſecundam reſpondemus, codicillos Dominæ Zenobiæ eſſe in ſcriptis, ſecretò clauſos, & ſimilitudinem eiuſdem teſtamenti in ſcriptis ſolemnis confectos, vt ex clauſura, & apertura codicillorum apparet; quod non credo ab aduerſarijs inficiari.

Ad tertiā dicimus quæſtionem, codicillos hos dominæ Zenobiæ Marchioniſſæ habere omnia requiſita codicillorum, qui ſecretò in ſcriptis conficiuntur, vt pa-

tet

rer ex instrumento super eorum stipulatione confecto, præsentato in actis, quæ sunt inter Angelicam legatariam, & Fabium in burgensaticis scriptum hæredem, quo probatur, dominam Zenobiam palàm coram Notario, Iudice, & septem testibus declarasse, suos illos codicillos fuisse eius ordine, & voluntate scriptos, nec non ob ipsius dexteræ debilitatem, & impotentiam à Reuer. Admodum Fratre Angelo Sācti Ioannis in Galdo Ministro Prouinciæ Sancti Angeli Fratrum Minorum de Obseruantia suo Confessario subscriptos, quibus sic stipulatis, & clausis testes se subscripserunt *iuxtà Bart. & Fabri relatam senten-*
169 *tiam in cit. §. vlt. instit. de codicill.* licèt alij supra recensiti frequentiori calculo tantùm subscriptiones requirant, & quidam nec etiam subscriptiones, & si codicilli fiant in scriptis, vt *Vasquins in tract. de succ. progress. lib. 3. §. 30. de codicill. num.* 17. cuius opinionem ipse non probo, qui *Bart. & Fabrum* secutus etiam communem refelli *per tex. in cit. l. hac consultissima, & l. cum antiquitas §. vlt. C. de testam. & l. vlt. C. quemadmodum testamentum aperiantur.*

170 Attaman si quid fortassè solemnitatis his codicillis deesset quod exigeretur, vel ad probationem secundùm eam supra relatam opinionem, vel ad ordinationem iuxtà aliorum interpretationē, adeò, quòd vti codicilli in scriptis non subsisterēt, ex addita clausula, omni meliori modo, & iure valebunt, iure, & modo codicillorum eorum, qui sine scriptis, & ad similitudinem testamenti nuncupatiui conficiuntur.

171 Nam clausula, omni meliori modo apposita in testamento, siuè in codicillis operatur, quòd testator noluerit se restringere ad testandum in scriptis, & ita deci-

decisum attestatur *Card. Seraph. Oliuar. in decisionibus Rotæ decis. 749. num. 13. par. 1.* effecitque, quòd testamentum in scriptis inualidum valeat, vt nuncupatiuũ *Turrect. in tract. de effect. & defect. clauf. codicill. quæst. 126. defect. 79. num. 9. post: Alex. Affl. Socc. & Menoch.*
172 *in locis per ipsum relatis.* ergò & iddem operabitur in codicillis, qui faciliùs substinentur, quàm testamẽta. *Grammat decis. 73. num. 32.* & etiàm ad alterius interrogationem, & nutum testatoris fieri possunt idẽ *Grammat eadem decis. nu. 6. & 35. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1.* quem refert, & sequitur *Bimius in cons. 234. num. 57. vol. 3. & alij alijs in locis.*

Sed aduersarij quamuis codicillorum instrumentum expugnare non possint, oppugnari tamen conantur tùm duobus codicillaribus testibus, primo, & decimo, tùm alijs tribus, qui instrumẽto non sunt descripti, secundo, octauo, & nono, dicũt enim, quinque hos testes super articulis 30. & 31. iuratos deposuisse, aliter fuisse scriptum codicillorum instrumentum, quàm
173 actum fuisset; & ideo colligunt, quòd non tantùm horum trium testium contradictione instrumentum reddatur suspectum ex communi Doctorum opinione, de qua attestatur *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 2. cas. 105. in 2. cap. vers. tertius est casus num. 44.* sed
174 etiam illorum duorum oppugnatione, quia instrumentarij sunt, falsum redarguatur, *Menoch. vbi supra nu. 32. vers. sextus est casus in primo capite disceptationis* secutus *Bart. in l. 1. §. si quis neget nu. 10. quemadm. testam. aperiantur per tex. in l. cum precibus C. de probat.*

175 Nam licèt vnius testamentarij contradictione, si necessarius supererit numerus, instrumenti fides non vacillet, ea ratione, quia singularis est, qui contradicit,

cit, & eo subducto actus adhuc remanet integer, & solemnis, *idem Menoch. eo loci nu. 11. vers. secundus est*, quem sequitur *Valasc. suar. consultat. tom. 2. consultat. 183. num. 38.* quibus in locis congerunt Doctores ita tenentes in testibus etiam testamentarijs.

176 Tamen si duo essent ex descriptis, qui instrumento contradicerent, etsi perfectus superesset numerus, instrumentum vacillaret, nisi alij pro instrumẽto examinarentur, *Crauett. in cons. 56. nu. 16. vol. 1. post Bald. in cons. 228. incip. in quodam instrumento vol. 2.* quos recenset, & sequitur *Menoch. vbi supra num. 24. & seq. vers. quartus est casus egregia Baldi, & Crauettæ innixus ratione*, quia quando testes instrumentarij non sunt examinati pro instrumento stat adhuc dubitatio, an si examinarentur, pro ipso deponerent instrumento, & licèt prçsumi debeat, quòd verè deponerent, attamen tanta non debet vis esse præsumptionis, vt vera probatio ex duorum testimonio illi cedere debeat, *idem Valasc. eod. num. 38. & seq. vers. quid autem si duo.*

Qui etsi loquantur in testibus testamentarijs, tamẽ iddem eo magis erit respondendum de testibus co-
177 dicillaribus, quia facilius codicilli, quàm testamenta infirmantur, *l. militis §. veteranus ff. de milit. testam. §. ex eo instit. quib. mod. testam. infirm. l. 3. §. vlt. ff. de*
178 *adim. legat.* sunt enim codicilli, veluti ancillæ, quæ famulantur testamentis *Magon. in decisionibus Floren-*
179 *tinis decis. 4. nu. 35.* & in specie posse codicillos perire etiam si ab initio valuerint, si postea plures testes ex adhibitis codicillis aduersarentur, siuè id fortè fieret per errorem, aut obliuionem, siuè etiam per testium, quæ non probaretur malignationem, post alios respondit *Vasquius in cit. §. 30. de codicill. num. 77.*

L Ve-

Veruntamen re accuratè, ac diligenter perpensa, quidquid aduersantes dixerint testes, instrumenti codicillorum fidei non refragantur; nam in primis negamus, primum illum aduersariorum testem (qui post plures suas subscriptiones satis impudenter, & si frustra contra testamenti substantiam est attestatus) ita codicillis contradixisse, vt aliter fuisse gestum, quàm scriptum stipulationis codicillorum actum testificetur, sed concedimus, quòd plura circa codicillorum scripturam extranea adiecerit mendacia, & ita obscurè, & diminutè de actu stipulationis sit locutus, vt ve-
280 rè falsi testis officio fŭctum esse videri voluerit, qui cùm nocere non potuisset prodesse noluit, *c. falsidicus de crim. fals.* quòd pluribus admonuimus supra, vbi cætera contra huius testis depositionem enumerauimus.

Secundo dato, & nō concesso, quòd iste testis cōtra substantiam instrumenti codicillorum deponeret (quod ipse tempore actus gesti, hoc est stipulationis, nis, & clausuræ signauit, & subscripsit, & deindè aperturæ testis interfuit, & signum, suamque subscriptionem recognouit, & tādem iterum vtrumque, & clausuræ, & aperturæ continens actum libera manu subscripsit;) & ita sua depositione codicillis contradiceret prout testamento contradixit, & aduersatus fuit, tamen illius priorem iniuratam, & extra iudicium subscriptionē suæ contrariæ præferri depositioni etiā iuratæ, & iudiciali postea factæ, infrascriptis rationibus demonstrabimus.

281 Licet enim regulariter nulli testium non iurato credatur, nam vt pulchrè describit *Pater Io: Stephanus Menoch. è Societate Iesu in sua ex sacris Scripturis instit.*

instit.polit.lib.2. cap.15. de fid. & verit. Principis pag. mihi 418. *in fin.* (iuramentum est quoddam quæstionis genus, quo numinis violādi timore verum extorquetur) & si præclaro non iurati testes præfulgerent honore *l.iusiurandi C. de testib.* quam ita intellexit *Coler. in decisionibus Germaniæ decis.* 211. *num.* 6.

182 testes tamen, qui publicis se subscribunt scripturis iusiurandi Religione non arctandi, & plenè probat *Viui. decis.* 5. *num.*8. *lib.* 1. quorum testium subscrip-

183 tiones à Cæsario iure testimonia appellātur *l. super*

184 *Chirographarijs C. si cert. pet.* & tunc hi testes deponere, & testificari censentur, cùm scripturæ alicui se subscribunt, quod vno ore Doctores fatentur omnes *Bald. in cit. l. in* 2. *notab. num.* 3. *& in l. vltim. num.* 21. *C. de ędit. Diu. Adrian. tollend. idem Viu. vbi supra Marant. in cons.* 33. *num.* 6. *in princ. & Surd. in consil.* 378. *num.* 22. *& cons.* 414. *num.* 78. *vol.* 3.

185 Et in specie, quòd testes testamentarij tunc dicantur deponere, quando testamenti scripturę se subscribunt ex nostratibus firmauit *Affl. Ct. in constit. Regni instrumentorum robur, & in decis.* 166. *num* 6. quē ibi sequitur *Vrsill. num.* 8. *Capyc. in decis.* 192. *nu.* 6. *&*

186 *Marant. in cons.* 112. *num.* 2. vbi clarè sensit, quòd si voluntatem testatoris fuerit stipulatus Notarius in dorso scripturæ, ad ibi scripta testium subscriptiones

187 referri debeant, & doctissimus, ac Religiosissimus Sacerdos *D. Io: Franciscus de Ponte olim Regens, Marchio Murchoni, & coniux testatricis in cons.* 129. *nu.* 10. *in* 2. *vol.* quòd legi manuscriptum, vbi adducit *text. in l. cum antiquitas §. vlt. C. de testam.* quem appellat solemnem, quibus accedit *Surd. eisdem citatis numeris in relatis consilijs.*

188 Qui quidem ſubſcriptores teſtes poſtquam in ſtrumento, & ſcripturæ alicuius ſe ſubſcripſerint cõtra teſtificari non poſſunt, niſi probauerint ſe deceptos,& ad ſubſcribẽdum ſeductos, *Bart.in l.1.§.ſi quis neget verſ.quæro quid ſi inſtrumentum num.12.ff.quemadmod.teſt.aper.* quem ſequitur *Capyc.cit. deciſ.192.n. 5.verſ.ad Afſſl.ct.deciſ.166.num.9.* faciunt,quæ dixit *Mapod.in conſuetud.Neap.contra inſtrumentum de iur. quart num.112.* ibi poſtquam ſe ſubſcripſerint *Ioſeph. de Seſſa in ſuis deciſionibus Regn.Aragon.deciſ.107.* vbi poſt *Boſſ & Rebuff.* quos allegat,aſſerit *num.13.& ſeq.* non credi teſti firmato, qui dixit, vt illius vtar verbis, ad aliud ſe firmam dediſſe, quàm ad id, quod ſcripſit Notarius,niſi illud probet ſufficienter,& *Surd.cit cõſ. 378 eod num.22.in 3.vol.*.

189 Quinimmò ſi poſt ſubſcriptionem contrarium etiam in iudicio depoſuerint, ſibi ipſis non creditur, quia contra ſe ipſos veniunt,& ſe ipſos notant,ita teſtati ſunt *Boſſ.in tit.de falſ.num.11.verſ.poteſt dici, & Rebuff.tom.1.conſt.Regul.tract. de chirograph. & cedul. recognit.num.101. & ſeq.* quos recenſet, & ſequitur *idem Ioſeph.de Seſſ.eadem deciſ.107.eodem num.13. & 14.* quibus addo *Surd.in cit. conſ.414.num 76. in ter-*
190 *tio*, qui ſequitur dictum Boſſij, & declarat verbum illud notant ſe ipſos, ideſt allegant ſuam turpitudinẽ, quod facere non poſſunt,*in l. cum profitearis, C.de reuocan.donat. & C. inter dilectos de donat. ſubdens num.*
191 *77.& ſeq.* propiùs ad materiam noſtram accedens, quòd cum teſti inuitus adhiberi non poſſit ad teſtamentum *l.qui teſtamento §.vlt. vbi doct.ff. de teſtam.& Mantic.de coniect.vlt. volunt.lib.2.tit.18.num.14.in*
192 *fin.* eo ipſo.quòd paſſus eſt,& ſcribi, & adhiberi pro

teſte,

teste, videtur fateri, quod viderit, & audierit quæcunq; dicta, & gesta fuere, & si contrariũ dixerit, nõ nocebit tertijs, nec illi credendũ est, si negauerit, quia cũ passus est se in testem describi aures debebat applicare.

193 Et quamuis sint dubia, & quæstiones, an potius instrumento, vel testi credatur, qui dixerit aliud scriptum, quàm dictum, tamen quæstiones, & dubia procedunt, vbi tantùm testis instrumento fuit per Notarium annotatus; at si ipse etiam se subscripserit, tunc omnia cessant disputata, & primum dictum attenditur, & ex secundo pęna falsi punitur, hocque contradictorem non habere respondit idem peritissimus, & nunquam satis laudatus *vir Marchio de Ponte in cit. cons.* 129.*num.* 12.

194 Testes enim illi, qui prius propria manu instrumento se subscripserunt, videntur in futurum pro instrumento fuisse testificati, & licet postea ab eorũ varient subscriptione, & contradicant instrumento, propter eorũ vacillationẽ nõ est illis credendũ absq; torrtura. *Marant.cit.cons.*33.*n.*6.*post Alex.in cons.*63.*n.*

195 1.*& seq.vol.*1. nam testes, qui vnum extra iudiciũ, & aliud in iudicio deponũt torqueri debent, *Crauett. in cons.*74.*num.*6. *vol.*1. *& Farinac.* post alios, quos congerit *in tract.de testib.quæst.*66.*num.*223. *&* 225.

198 dicit, quòd si tempore actus gesti subscriptio testis interueniat, præualeat depositioni iudiciali iuratę po

197 stea factæ, ea innixus ratione, quia tunc secundum dictum iudiciale subsequens præsumitur emanatum ad partis subornationem, & ideò non esse attendendum profitetur, secutus opinionem *Aret. in .cap per tuas de probat.num.*35. *eademque subdit quæst.num.*63.

198 & 222. omni casu testem puniri de falso, qui vnum

prius

prius sine iuramento dixerit, & aliud deindè iuratus deposuerit, accersitque ibidem *num.44. & seq.* quòd
199 licet si secundùm iudiciale dictum fuerit tormentis confirmatum, non puniatur pœna ordinaria falsi, attamen stellionatus crimine de dolo puniri debet.

Nunc & ipsi iudicent aduersarij de impudẽtia primi suorũ testium, qui diuersa duobus testimonia præbuit, primum subscribens, & sigillans testamentum, & codicillos, pro veritate, alterum deponens in iudicio pro Barone, cuius testis ita anceps fides vacillans, quę crimine falsi teneri non sit dubitandum, iuxta tertiũ Modestini responsum, *in l. eos ff. ad leg. Corn. de fals.*
200 quodque si in re testamentaria signa anulis formam, insculptamque signi imaginem habentibus expręssa accipimus *l. ad testium §. signum ff. ad testam.* in hos signatores testes, qui quod signarunt testamentum falsò impugnant *eundem Modestinum in secundo responso* animaduertisse fatendum est.

Et hac eadem responsione diluitur testimonium decimi aduersariorum testis, qui prius tempore stipulationis subscripsit, & obsignauit, & post mortem codicillantis eorum aperturæ testis interfuit, suam subscriptionem, & signum recognoscens, & demum iterum codicillorum instrumento se subscripsit, cùm fuit reassumptum in forma probante, secundùm Constitutionem Regni instrumentorum robur, quem testem ex his, & alijs mendacem, varium, & etiam falsum plenius demonstrauimus supra, vbi huius testis mendacia, & falsitates simul collegimus, quas hic pro repetitis haberi volumus, vno etiam hoc addito, quòd iste testis, & sui consanguinei, & affines, nos, & familiam testatricis intestino sunt semper odio persecuti.

Nam

Nàm falsò sunt arbitrati, quòd ipse precibus Marchionissæ præfuissem informationi captæ de homicidio eiusdem olim famulæ matris ipsius Marchionissę, quòdque mea diligentia delinquentes apparuerint, quamobrem delegata causa per Regium Collateralē Consilium tunc Auditori Prouinciarum Capitanatę, & Comitatus Molisij Domino Iulio Mastrillo ex processu illo informatiuo inquisiti quæstionibus subijceri confessi sunt, & præcedentè Auditoris sententia legitimè lata, homicidæ in planitie Campobassi laqueo suspensi fuerere soror vtrinque coniuncta huic affato decimo testi, item sororis filius, & gener, qui erat frater consanguineus cognati primi, alterius codicillaris testis supererat, hic cùm esset decimi huius testis cognatus dicti primi testis, & tertij alterius aduersariorū testis frater cōsobrinus, meo voto ex causa eiusdem homicidij condemnatus est, perpetuò donec viueret ad personaliter inseruiendum, remigandumque in Regijs triremibus, vbi aquis adscriptus, tandem interijt.

201 Hæc sunt notoria, & de his poterunt Iudices ex officio se informare, parte ea tantùm allegante, *iuxta not. per glos. in Clement. appellanti de appellat. & Alex. in l. 1. cap. vt qu. des. aduocat.* quos recenset, & sequitur *Marant. in cit. cons. 19. num. 23. in princ.* non est igitur mirum, quòd inimici testes mentiantur, *teste Bald. in aut. si dicatur vol. 2. C. de testib.*

202 Præterea est nobis animaduertendum, quòd omnes Doctores affirmantes contradictione duorum testium supranumerariorum ex descriptis in instrumento reddi testamentum, vel codicillus suspectus, aut falsus declarauerūt, huiusmodi doctrinam sibi locum

cum non vendicare, quando alij testes instrumentarij ad actum necessari- pro instrumento deponerent, ita rescripserunt post alios, quos recenset *Menoch. de arb. Iudic. eodem casu* 105. *centur.* 1. *num.* 27. *& seq. vers declaratur primo, & Valasc. eadem consultat.* 183. *nu.* 41. *tom.* 2. vnde non obstabit in casu nostro, in quo septem testes codicillorum instrumentum obsignantes subscripsere, cùm quinque tantùm necessarij essent, *cit. l. vlt. C. de codicill.* & nos supra fundauimus ex cōmuni Doctorum sententia, tunc censeri testes pro instrumento deponere, & ad illius fauorem testificari, quando testamēto, vel alijs publicis scripturis se subscribunt.

203 Et in specie, quòd codicilli non intercidant, quasi aliorum testium eis sufficiat fides, si duo tantùm supernumerarij ex septem, qui interfuere contradicerent, dixit *Vasq. de success. progress. lib.* 3. *cit.* §. *de codicill. num.* 77. *arg. cit. l.* 1. *in princ. C. de rei vxor. act.* & licet
204 ipse postea hoc cogitandum relinquat, tamen in terminis nostris, cùm instrumentum codicillorum sit confectum, vt dixi seruata forma legis Regni *in cit. Constit. instrumentorum robur de fid. & auct. instrum.* cui præter Iudicem, & Notarium septem testes se subscripserunt, & inter hos hi duo, qui contradicunt, sumus proculdubio extra omnem probabilem difficultatem; nam instrumentum, quod testium, Iudicis, & Notarij subscriptionibus roboratur, plenè probat *cit. constit.* qua Federicus Imperator instrumentorum vires auxit, & solemnitatem, vt de eorum fide nulla
205 omninò in posterum oriri posset dubietas, quam quidem Regni Constit. nedum in contractibus, sed in testamentis, & vltimis voluntatibus habere locum

vno

vno ore affirmant nostrates, inter quos *Afflict ibidem num.* 4. attestatur ita pluries fuisse decisum per Sacrũ Cons. à cuius decisione dicit, non esse recedendum.

Quinimmò hos testes, qui post eorum subscriptiones contradixerint, nihil probare aduersus codicillorũ, & testamenti instrumenta, atq; pro contrario eorũ iurato testimonio subijci debere quæstionibus, & falsi pęna puniri pluribus nos supra demonstrauimus, qui-
106 bus non obstabunt Doctores in contrarium allegati; nam omnes loquuntur, vt est videre apud *Vasq. Valasc. Menoch. & alios in locis supra relatis*, quando testes sunt à Notario tantùm descripti, nec aliter instrumentis se subscripsere, & hæc dixisse sufficiũt de duobus codicillaribus testibus, quorum vnus tantum D. Berardinus, si benè animaduertatur codicillorũ substantiæ contradixit, sed frustra, vt vidimus, quia singularis, subscriptus, & falsus.

De reliquis tribus testibus, qui non sunt codicillares, non est cur multum elaboremus, quia nullus eorum verè contradicit, aut legitimè codicillis aduersatur.

Secundus verò aduersariorum testis, & si ipsa plures patiatur exceptiones, & defectus, quos supra descripsimus, tamen cum de codicillis interrogatur, hoc tantùm deponit, se tempore eorum stipulationis non intellexisse, quòd domina codicillãs fuerit locuta, quia eam tunc etiam capitis infirmitate fuisse grauatam attestatur, cuius ratio, vt est insipiens, ita contra codicillos nihil concludit.

Sufficit enim codicillares testes codicillantẽ dominam Zenobiam exaudisse loquentem, quòd eorum subscriptionibus sunt testificati, & si verè, quòd simu-

lat, ipsa nõ exaudisset *l. hæres palàm ff. de testam.* vbi Vl-
207 pianus interpretando aduerbium illud, palàm, in
hæc verba rescripsit, quid est palàm? non vtique in
publicum, sed vt exaudiri possit, exaudiri autem non
ab omnibus, sed à testibus, & si plures fuerint testes
adhibiti, sufficit solemnem numerum exaudire.

208 Iddem de signis Iulianus respondit *l. cum tabulæ ff. de bon poss. secund. tab.* Quòd si tabulæ testamenti plurium signis signatæ sunt, & quædam ex his non cõpareat, septem tamen signa manent, sufficiat septem testium signa comparere, licet non omnium, qui signauerunt, signa maneant.

209 Et in indiuiduo, quòd testis non dicatur contradicere testamento si deponat fuisse præsentem, & nõ exaudiuisse testatorem loquẽtem, dixit idem *Valasc. eadem consult.* 183. *num.* 24. *vers. sed certè tom.* 2. ea motus ratione, quia potuit testis non intelligere id, quod dixit testator, & tamen testator dixisse id, quod à Notario scriptum reperitur.

Alij verò duo octauuus, & nonus aduersariorum testes, quorum plures defectus ostendimus supra, vt patet ex eorum depositionibus non fuerunt præsentes codicillorum stipulationi, & ob id illis aduersari
210 non possunt, tum quia testes, qui alicui instrumento cupiunt contraire, debent concludenter deponere, se eodem tempore, illoque in loco, in quo instrumentũ dicitur confectum adfuisse, *Menoch. eodem casu* 105, *vers. secundum est num.* 34. *& seq.* tùm etiam quia eiusmodi testes contradicentes, si non fuerint ex descriptis in instrumento, debent esse omni exceptione maiores, nam aliàs nihil agunt, *idem Menoch. post Bart. Felyn. Curt. Sen. Soccin. Iun. Boer. Crauett. Grammat. & Di-*

dat.

dac.Couar. quos ibidem recenset, & sequitur *num.32. & cit.consult.183. vers. & hanc num.* 32. vbi sequenti
212 numero etiam addit, quòd ista testium qualitas debet articulari,& probari secutus *Imol. Dec. & Boss. in locis per ipsum relatis,quibus addo Farinac.in tract. de testib. quæst.62. in prælud. num.12. vers. amplia quarto,* qui iuxta morem ferè omnes Doctores congerit, ita tenentes,& plures attestantes de communi opinione recenset.

213 At si testis omni exceptione maior ille dicitur esse, qui nulla legitima exceptione repelli potest, cuique nulla mundi exceptio obijci valet, & si valdè debilis, & penè nullius momenti fuerit exceptio, vt quāplures Doctores per eūdem *Farinac. relati ead.quæst.62. nu.*1,communiter attestantur, dicant quæso aduersarij,si isti tres sui testes,vel aliquis ex suis omnibus hac præfulgeat prærogatiua maioratus? quos nos supra vassallos,pauperes,varios,contrarios,inimicos, mendaces,malitia falsos,atque fictos, ita apertè in suis iuratis depositionibus deprehendi demonstrauimus, vt nullus Iudicibus relinquatur locus dubitandi de codicillorum,& testamenti veritate, pro quorum instrumentorum fide pugnant communes leges, & Regni.

214 Sed quid tam multa de codicillis? quos Fabius scriptus hæres in burgensaticis,vt nouissimi Marchionissæ iudicij prudentem ordinationem agnouit, & vt testatricis constantem, perpetuamque in meam sororem, voluntatem etiam in actis præsentauit. Quo
215 fit, vt quamuis nulla alia adesset solemnitas, nulla probatio,ad soluendum Angelinæ meæ germanæ legatum compelli possit,& debeat *cit.§. vlt. instit. de fideicom.hæredit.l.si veritas,& l.vltima C.de fideicom. &*

l.non dubium §.*illud C. de testam.* etiam si inutiliter le-
216 gatum esset in testamento ab hæredibus in feudalibus, ea ratione, quia repetitum, & auctum fuit in codicillis per *tex. apertum in l. legata inutiliter in princ. ff. de leg. 1.*

Nec immeritò, nam domina Zenobia munificentissimi, ac gratissimi animi fœmina ita post testamentum codicillis deposuit, v3.

Item codicillando vt supra, *lascia, voglio, e declaro, che lo legato, ch'hò fatto in detto mio testamento à beneficio della Signora Angelica Chiacchiara di docati quattro milia sia di docati cinquemilia, li quali docati cinquemilia ce gli lascio per la suiscerata amoreuolezza, & affettione, che m'haue portato sempre, e particolarmente in questa mia grande, e lunga infermità, che per spatio d'otto mesi hormai e di giorno, e di notte haue atteso alla persona mia con tanta diligenza, e carità, che riconosco la vita mia dalle sue mani, e voglio, che detto legato se lo possi far pagare à sua elettione dall'vno, e dall'altro mio herede, e satisfarsi sopra li beni burgensatici, e feudali,* & deinde.

Nel qual legato sostituisco alla detta Signora Angelica il Signore Virgilio Chiacchiara suo fratello, il quale voglio, che le socceda quandocunque dopò la sua morte, ordinando, che di detto legato non si possa detrahere falcidia alcuna, nè altro, e voglio, che vaglia in ogni miglior modo.

217 Ex quibus verbis, & testatricis confessione in primis probatur, legatum hoc fuisse relictum propter affectionem, cuius gratia omnia legata relinqui attestatur *Mant.* post alios, quos congerit *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 25.* siue affectio sit ex consanguinitate, siuè ex amicicia, siuè ex meritis, & si plerí-

que amici diligantur sincerius, quàm consanguinei, & affines *arg. l. nemo dubitat §. qui frater ff. de hered. instit.* quid igitur nouissimo compilatori visum est mi-
218 rum *cit. decis. num.* 3. quòd Angelicæ legatum fuerit magnum, si magno domina testatrix eã prosequebatur amore, & maxima semper fuerit Angelicæ in dominam Zenobiam obseruantia, & amor?
219 Probaturque fuisse relictum ob seruitia, & ea, quę in magnis, & extremis ægritudinibus maxima sunt, *te-*
220 *ste Deciano in cit. cons. 51. num. 56. vol. 4.* ita enim legislatores de infirmis solliciti sunt, vt pœna eos negligi vetant, & premio suscipi suadent; manumissus. n. à domino in seruitutem reuocatur, si infirmo domi-
221 no non subueniat *l. alimenta ff. de lib. agnosc.* & dominus, qui seruum non curat, priuatur serui dominio,
222 *l. 1. §. sed scimus C. de latina lib. tol.* item emptor, qui seruum infirmum non curauit redhibitoria agere non potest *l. quod si nolit §. si mancipium ff. de adil.*
223 *edict.* & maritus non curans vxorem infirmam, perdit lucrum dotis *l. ab hostibus §. si vir. vbi glos. ff. solut.*
224 *matrim.* & tandem si legitimi hæredes, siuè scripti curam furioso præbere neglexerint, illius quacunque
225 successione priuantur, & qui obsequium, ac diligentiam furioso exhibuerit, licèt extraneus, ad illius successionem perueniet *§. si quis de prædictis el primo in auth. vt cum de appellat. cognoscitur.*
Ex quibus infero re, & verbis testatricem in hoc, & alijs dispositis fuisse mentis compotem.
216 Nam ille sana mente dicitur testator, qui animæ suæ, & de se benè meritis cõsuluit, etiamsi ad alterius interrogationem id faceret *Menoch.* post alios, quos
227 recenset *in cons. 45. num. 10. vol. 1.* & donatio, quæ
fit

fit,præcedentibus meritis cadit in prudentem virum, facilèque presumitur *l. si verò non remunerandi §. inde Papinianus ff. mandat.* licèt aliàs non præsumeretur *l. cū de indebito ff. de probat. & l. si filius ff. de donat. Bart. in l. quæ dolis ff. solut. matrim. Corn. in cons. 119. num. 4. in fin. vol. 1. & Decian. cit. cons. 51. num. 55. in princ. vol.*

228 4. & nemo dubitat quin legatum sit donatio quædam *l. 1. vbi scribentes ff. de leg. 1.*

Secundo ex verbis suptadicti legati apparet dominæ codicillantis in legatariam, ob singularem in eam amorem, enixa voluntas, præsertim ex his, quæ in fine

229 leguntur; nam clausula, omni meliori modo, adiecta id operatur, vt legata videantur repetita à venientibus ab intestato, vt concludunt *Bart. Bald. & Imol. in l. cum pater § filius matrem ff. de leg. 2. Curt. Iun. in cons. 71. num. 12. & in cons. 72. num. 8.* vbi ait ita pluries consuluisse, *& Bell. cons. 53. num. 18.* quos recenset, & sequitur *Surd. in cons. 253. num. 36. vol. 2.* quod probat supradictus §. *in fine ibi*, nam enixæ voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videbantur, *& est text. ad litteram in l. ex eà scriptura § idem respondit ff. de testam.*

230 Adeò quòd huiusmodi legatum debetur Angelicæ etiam si testamentum nullum extaret, aut quod extat pro nullo, habitum esset *Dyn. & Bart. in cit. l. legata inutiliter ff. de leg. 1. per illum tex. Cynus, & Doctores in l. 1. C. de codicill. vbi Alex. num. 2.* hos recenset, & sequitur.

231 Licèt enim codicilli regulariter rupto testamento rumpantur *cit. l. 1.* tamen regula fallit, quando venientes ab intestato rogati sunt, siuè expresse *l. ex testam-*

to, & l. eam, quam C. de fideicom. siuè etiam tacitè *Alex. eod. num.* 2. nam tunc codicilli nihil desiderant, sed vicem exhibent testamenti: *Oldrad. cons.* 138. *num.* 7. *in ult. verb. per text. in l. ab intestato ff. de iur. codicill. &*
232 *Ruin. in cons.* 171. *num.* 2. *vol.* 2. declarat codicillos dependere ex testamento, etiam si testator in codicillis addiderit testamento. Et hæc de codicillis dixisse satis est.

Quæ quidem cùm perspiciant aduersarij ex pluribus, quas ante scripsimus, rationibus, & testamẽtum, & codicillos hos dominæ Zenobiæ vti saltem implicitè nuncupatiuuos substineri, neque in eis iuris solemnia, neque verè testatricis deficere voluntatem;
233 cumque nulla sit res, vt scribit *Cicero rethor. lib.* 2. *c. de probatione*, quam non suspitionibus quiuis possit criminari, in inbecillam, ac aeream, de commenticia alterius schedulæ suppositione, se conijciunt suspicionem, quam leges, nec de seruo alterius testamentario suspicantur *l. seruus ff. de testam.*

234 Nam si ea lege testatore iubente seruus non tantùm suus, sed etiam alienus scribere testamentum, nõ prohibetur, schedulam testamẽti, quod scripserat, cur
235 iussu testatoris conseruare non possit, rationem diuersitatis ignoro; *& si l. hac consultissima C. eod.* sancitum est, posse testatorem diuersis temporibus suum dictare arbitrium, & finire testamentum, ibi superfluũ est iuncto versiculo, sed licèt, cur medio tempore, quo incipit, & finitur testamentum prohibeatur testator penès liberum testamentarium relinquere, non intelligo; in vtroque enim casu fidelem sibi eligisse testatorem, nemo est, qui dubitet, & cùm testator elegerit, etiam alieni serui fides legibus non improbatur *tit. inribus*.

Nec

Nec suspicio illa, quam ab eo ducunt aduersarij, potuisse schedulam immutari, quòd ante stipulationem apud P. Angelum non ligata, nec clausa per ali-
236 quod tempus permanserit,& alicuius ponderis,aut momenti;nam nō sequitur,quòd sic fieri possit,quod propter hoc fiat *l.non hoc C. vnde legit. Faber instit. de*
237 *testam.§.pater*,nam vt inquit Commentator ad Aristotelem 1. *de anima comm.6.* Actus, & potentia sunt differentiæ valdè oppositæ,& ex oppositis,& diuersis illatio rectè fieri non potest. vulgatis iuribus, & optimè declarat *Euerard. in loco à contrarijs, seù oppositis circa finem.*

238 Hùc accedit,quòd si leuis hæc non esset suspicio, omnia testamēta, quæ aliena manu scribentur,omninò corruerent; nam eadem in scribente, quæ in schedulæ depositario, militaret suspicio, quia cùm possit scriptor, dum secretò scribit, alitèr scribere, quàm à testatore scribi mandatur,*argum.cor.qua Abb.dixit de teste in cap.vltra tertiam num.3.vers.secunda quæstio de testib. Decius de secretario in cons.82.nu.1.vol.1. Maranta in proprijs terminis de scriptore testamenti cons. 112. nu. 14.* omnia secundùm aduersariorum consequentiam essent testamenta falsò conscripta, à testamentarijs immutata,& ideo nulla.

239 Sed quia huiusmodi suspicio nedum est leuis, sed temeraria cùm nec lege, nec ratione, nec Doctorum auctoritate probetur, omninò rejcienda venit *l.1.§.si suspicio ff.de incend.ruin.& naufra.*

240 Immò mortaliter peccaret Iudex, qui huic suspicioni, vel præsumptioni, aut etiam temerariæ credulitati ita firmiter inhæreret, vt secūdùm eam iudicaret, quemadmodum scripsit *Diuus Thomas in 2. 2. q. 60.*

art.

art.3. quo loci tres gradus suspicionis constituit, atque distinguit, vt recensuit, & secutus est *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 7. vers. suspicio num. 47. cum seqq. & cons. 422. nu. 49. & 50. vol. 5.*

241 Nec enim aliquid interest per scripturam secretò conficientibus testamentum, si schedula cùm affertur, proferatur aperta, nam id, quod legitur in princ. *cit. l. hac consultissima,* licere testatoribus scripturam sua, siuè cuiuslibet alterius manu conscripta, cōsignatam, vel ligatam, vel clausam, inuolutamque proferre, non est de substantia, & solemnitate testamenti, nam id agitur, quia nolunt testatores scire testes specificè, quæ in ea continentur, quæ tamen si scirent, non ideo infirmaretur testamentum, quòd satis est in tempore contestationis simul claudatur, signetur, & subscribatur, vt eadem lege, alijsque sæpè in locis annotarunt Doctores, & in specie *Castrens. ibid. nu. 1*

242 Malè igitur inferunt aduersarij in dicta nouissimi compilatoris *decis. 95. num. 8.* à casibus Parisij, & Menochij ad casum nostrum, nam in casibus prædictorū Doctorum schedula tempore stipulationis, & clausuræ, non ita benè fuit clausa, vt post rogitum Notarij, & etiam mortem testatoris non potuisset aperiri, & alia supponi; in casu enim Parisij Campagnonus ille testator asserebat, scripturam continentem suam voluntatem, & testamentum esse intus quodam aliud folium, quod tempore contestationis, non ita clausū fuit, & ligatum cordulis, & lino, quin inde schedula ligatura, & cordulis non incisis haud extrahi potuisset, quinimmò erat tale, quod eis integris, si quod erat, extrahi poterat, & aliud supponi, vt apud eūdem est videre *cit. cons. 19. num. 5. 6. & 26. cum seq. vol. 3.*

243 Quibus in locis respondit esse de solemnitate testamenti in scriptis, vt ita benè claudatur, vt aperiri non possit, & aliud eius loco supponi, cuius traditionem secutus est *Menoch. in cit. cons.* 313. *nu.* 40. *vol.* 4.
244 Vnde cum huiusmodi clasuram suo arbitrio non possit testator omittere, nec alterare, vt idem dixit *Paris. eod. cons.* 19. *num.* 4. mirum non est, si ob non adhibitam clausuræ solemnitatem in casibus per prædictos Doctores relatis aliqua suppositionis deducatur
245 suspitio; nam solemnitas si fuerit omissa, falsitatis parit suspitionem, *Menoch post Crauett. in cons.* 862. *n.* 8. *vol.* 5. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *nu.* 43.

Quod tamen secus est in specie nostra, in qua stipulationis tempore, tàm accuratè, & diligenter fuit schedula, vt impossibile eam reserari fuisset, nisi signis turbatis, aut lino non inciso, quo tunc ligata fuit, & suta, adeò, quòd non inficiantur aduersarij eã nunc esse, quàm tunc Notarius est stipulatus; sed asserunt, potuisse schedulam à Fratre Angelo ànte stipulationẽ immutari, & aliam supponi, cum tunc temporis, & ante aduentum Fabij duos dies apud eum permanserit, & inter hos duos casus maxima est differentia, & discrimen.

246 Nam in casu nostro in primis non est verisimile, Virgilium testamẽtarium, & Fratrem Angelum octauum pro testatrice subscriptorem voluisse viuente domina Zenobia mutare schedulam, aut aliquid falsò contra viuentis voluntatem, maximè ante rogitum Notarij sibi ipsi, & alijs adscribere; nam maximo suæ famæ, & existimationis periculo se exponerent, cum ab eadem viua de furtis, & falsitate non modo redargui, sed etiam conuinci potuissent, tum quia domina

Zenobia in actu stipulationis palàm vti explicitum testamentum nuncupatiuum, legi, & publicari schedulam illam mandare potuisset, tum quia licet, tunc vti testamentum in scriptis Notarium stipulari iussisset, vt iussit, tamen cum abulatoria esset illius voluntas vsque ad extremum vitæ spiritum, vt hoc etiam mutaret testamentum, eius tabulas aperire, & legere, aut legi, & aperiri facere poterat, quæ ratio in casibus prædictorum Doctorum considerari non potest, quia vt dixi de schedulæ suppositione post rogitum Notarij, & mortem testataris rescripserunt.

247 Secunda diuersitatis ratio ea est, nam apud *Menoch.* schedula erat deposita penes Notarum testamenti scriptorem hic minimè, sed tantùm penes subscriptorem, vnde ibi facilius, poterat vitiari, hic verò non ita, nam licè Virgilius testamentarius mutare schedulam, & pinguia legata sibi, & sorori, aut alijs contra testatricis voluntatem adscribere voluisset, (quod semper absuit etiam ab illius cogitatione) Frater Angelus inculpatæ vitæ Sacerdos, & octauus pro testatrice fidelis subscriptor, id certò non permisisset, & alter sine alterius crimine hoc tantùm falsitatis facinus admittere non potuisset.

248 Tertia illa affertur, nam ibi schedula seruabatur apud Notarium amicum, vel hæredis affinam, hic penes Sacerdotem aduersariorum amicum, vt videbimus infra, & Fabio burgensaticorum scriptò hæredi, cæterisque legatarijs penitus extraneum.

Quapropter quidquid relati Doctores, & alij de tabellionibus dixerint, id de Fratre Angelo schedulę Marchionissæ conseruatore suspicari non posse, satis etiã apertè alijs infrascriptis rationibus demõstratur.

249 Primò, quia fides illius satis testatrici probata fuit, cum schedulam testamenti penès illum pro ea subscriptorem, & Confessarium ante stipulationem seruandam crediderit, oppositum in aduersarios retorquendo *l Theopompus ff.de dot.praleg. argum. corũ*, quæ a fortiori dixit *Castrens. in cit. l. haredes num. 3.ff. de testam.* vbi docet, stari dicto Guardiani Sancti Frácisci iurato, quòd illa sit schedula, quam sibi tradidit testator, ea innixus ratione, quia testator videtur stare velle dicto illius, postquam tantum de illo confidit.

250 Secundò, quia si magna est præsumptio pro Sacerdote iam grauis ætatis, vt post *Alex. dicit idem Menoch. in consf. 221. num. 2. vol. 3.* maxima erit pro Reuerendo Fratre Angelo senilis ætatis Sacerdote, & Ministro totius Prouinciæ S. Angeli Fratrum Minoris Obseruantiæ Diui Francisci.

251 Tertiò, quia plurimum iura confidunt ijs, qui curam susceperunt animarum, & in indiuiduo de Confessore respondit *Corneus in cons. 261. nu. 31. vol. 4.*

Quartò, quia vitæ probitas, & bona illius fama, de quibus satis benè deponunt infrascripti Fabij testes, v3. Dux primus testis, secundus, quartus, sextus, septimus, & octauus omnes super artic. 32. omnem tol-
252 lunt falsitatis suspicionem, ita in specie responderunt de Sacerdote aliquam scribente scripturam, *Soccin. Iun. in cons. 45. in fin. lib. 3. Mant. in cons. 208. num. 52. lib. 1. & Menoch.* qui hos recenset, & sequitur *de de præsumpt lib. 4. præsumpt. 20. num. 44. & 45. & cit. cons. 221. num. 1. & seq. in 3. vol.* & has mea rationes nouissimus compilator in sua *d. decis.* transcripsit, & si minutè *nu. 15. & seq.*

Quibus probatur non esse verisimile, quòd voluis-

set schedulam mutare testamenti pro vniuersa hęreditate dominæ Zenobię,& eo minus pro paruo ducatorum quadraginta legato, quos pia testatrix reliquit Aliandræ filiæ sororis Fratris Angeli sui viuentis Cōfessarij,cum & triginta legasset filię sororis Fratris Angeli alterius testatricis mortui Confessoris.

253 Nec famæ istius integerrimæ vitæ Sacerdotis refragari possunt, quæ falsò illi adscribit quidam sacrilegus,& falsidicus testis vassallus pauperrimus super exceptionibus reprobatorijs examinatus, nam vitæ illius integritas non tantùm supradictorū Fabij egregiorum testium probatur testimonio; sed etiā aduersariorum confessione comprobatur, vt patet ex litteris Patris, & legitimi eorum administratoris ad Ministrum Fratrem Angelum missis, iam præsentatis in actis fol 151. quæ cum fuerint recognitæ, plenè probant *Mascard. qui communem testatur de probat. tom.* 1. *conclus.* 6 7. & proinde quidquid contra aduersantes dixerint testes, nihil valent. *Mant. post Ruin. de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 36. quarum litterarum formalia verba infra trascripsimus.

Qui quidem aduersarij cùm, vt diximus, non inficiantur, schedulam huius secundi testamenti eam nūc esse, quam tempore contestationis Notarius est stipulatus, & quam nos supra quindecim testium depositionibus comprobauimus, testatricem Notario eam propria manu exhibentem clarissima voce declarasse, suum esse testamentum sua voluntate à Vigilio cōscriptum, & ob suæ dexteræ paralesim in reliqua cuiuslibet chartarum faciei parte à Fratre Angelo suo mandato subscriptum, liquidò constare dicimus de identitate schedulæ etiam aduersæ partis confessione.

254 ne. Vnde inferentes *in dicta decis.95. num.3. à casu decisionis Afflict.* 143. ad casum nostrum satis allucinantur; nam illic præter alias differentias, testator ille erat mentis,& corporis infirmitate valdè grauatus,& Notario habenti in suis manibus quasdam chartas, quas tunc ex suo extraxerat pectore, & interroganti, an eas suum esse vellet testamentum, solo verbo respondit, *Messer sì.*

255 Qui cum vltra confundendo terminos volunt quærere de clariori Marchionissæ voluntate, & dubitare de identitate eorum, quæ in scriptura illa secreta testamentarius scripsit, nihil aliud est, peritissimi viri, quàm satis callidè claram *text.cit.l hac consultissima*, decisionem velle impugnare, qua definitum est valere testamentum; quod offertur, nec ideo infirmari, quòd quæ in eo scripta sunt,testes ignorent; nam in testamento scripto vniuersæ testationis,& voluntatis fidem ipsa scriptura per se facit,etiam clausa, & inuoluta oblata iam ab initio subscriptionibus, & testium signis confirmata, ita doctissimus *Donellus per illum tex.in suis comm.iuris ciuil.cap.*8. *in princ.n.*10. *& cap.* 10.*in fin.num.*10.

256 Quinimmò tantùm abest, vt ex schedulæ penès Fratrem Angelum deposito, possit aliqua suppositionis deduci coniectura,vt potiùs maxima Zenobiæ testatricis arguatur prudentia; nam si medio illius temporis interuallo,quo Fabius accersitus expectabatur, vt eo præsente Notarius iuxta testatricis probatam voluntatem illius hoc vltimum stipularetur testamentum,erat apud aliquem schedula deponēda, cautiùs, quàm penès Frattem Angelum, Religiosissimum Sacerdotem,Marchionissæ Confessarium, octauum pro

testa-

testatrice subscriptorem, non legatarium, & aduersariorum amicum, apud alium deponi non potuit.

Testatrici enim non erat tunc temporis sanitas, & ægrota cubabat in lecto, testamentarius erat legatarius, & Angelicæ quatuor millium aureorum legatariæ germanus, solus subscriptor hac exceptione carebat, cui si Sacerdoti, & paruum ducatorum quadraginta sororis filiæ legatum tunc obijcitur, prudentiùs apud eum Marchionissam tunc schedulam dimisisse videmus, quam si penès Virgilium etsi integerrimum testamentarium reliquisset, quoniam maiora illi iuxta eorum conditionem, quam non ignorabat testatrix obijcerent aduersarij, quibus tamen, quæ in præsentia Fratri Angelo adscribere falsò conantur, suffragari

257 minime possunt, tum quia suppositio non presumitur *l. cum suppositi C. ad leg. Corn. de fals.* tum quia si aliqua suppositionis adesset coniectura, prout re vera nullam adesse satis supra probauimus, omnis eius summa integritate, & probitate dilueretur, eò maxi-

258 mè, quia Fratri Angelo paupertatis voto deuincto immutandi testatricis voluntatem, & schedulam aliā supponendi nulla spes lucri, aut commodi adesse potuit, argum. eorum, quæ in partus suppositione post alios scripsit *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 24. nu. 26. & 27. vers secundo, & sequenti.*

259 Tum etiam, quia in terminis nostris, in quibus domina Zenobia secundum hoc suum testamentum pro legitimo sui arbitrij partu proprij oris confessione

260 recognouit, contrarium probari non potest; nā partis confessio superat omne genus probationum *l. generalitor C. de non numer. pecun. & l. cum se transigisse C.*

261 *de transact.* & ita dicta testiū infringit, vt magis princi-

cipa-

cipalis dicto, quàm mille testibus contrarium attestantibus stare debeamus, *Vrsill.ad Afflict. decis.364. nn.4 & seq.*

262 Vrget prætereà, quod à simili dixit *Ruin. in cons. 11.num.7. lib.3.* asserens negari non posse, scripturam esse manu testatoris conscriptam, quã sua manu fuisse scriptam confitetur testator *arg.tex.in l.cum antiquitas in fin.C.de testam.*

263 Sed quid pluribus, ornatissimi Patres, vestra tempora moror? dicunt Aduersarij, Marchionissam tenerè dilexisse ex sorore nepotes, qui si schedula fuisset immutata, satis temporis habuissent certiorandi testatricem de suppositione, de falsitate, de furtis, quod si tẽpus computare velimus, supra quinque dies, octo etiã menses post schedulæ, & testamenti stipulationem superuixit; satis & domina Zenobia nacta fuisset ocij, aperiendi tabulas, perscrutandi veritatem, instituendi nepotes; sed quia schedulam non fuisse mutatam, immò codicillis confirmatam certò sciebant, & iustum Zenobiæ odium, sibique iam diù debitum agnoscebant, hoc tam longum tenuerunt silentium, & non nisi post testatricis mortem, quæ viua millies testamẽtum, & codicillos confirmasset de commentitia suppositione satis aduersus nos impudenter conqueruntur.

264 Quæ quidem valdè etiam apertè demonstrantur eorundem nepotum patris, & administratoris litteris, quas hic ad verbum transcribere volui, vt cognoscat vnusquisque, quàm graue sit scelus de fide venerabilis Fratris Angeli suspicari quid mali, vt intelligant Iudices, etiam aduersæ partis confessione probari, schedulam non fuisse mutatam, non fuisse suppositam, sed

illam

illam, eandemq; semper permansisse, prout suo arbitrio disposuerat testatrix, vt tandem omnes percipiant, hominum ingenio, calliditate, fictis testibus, legumque peruersionibus, absit verbo iniuria, (nam falsis conuicijs, lacessitus iusta repulsa veritatem defendo) omnia inuenta, omnia post mortem Zenobiæ excogitata fuisse, vt scriptum burgensaticorum hæredem, vt legatarios, vt ipsasmet Ecclesias, & pia loca contra testatricis voluntatem hæreditate, legatisq; spoliarent; sed litterarum hæc sunt formalia verba, à tergo: *Al molto Illustre, e Reuerendo Padre in Christo Osseruandissimo il P. Ministro della Prouincia di S. Angelo nel Monasterio di S. Maria delle gratie di Sernia.* Intus verò

Molto Illustre, e R. P. in Christo Osseruandissimo. Alcuni giorni sono riceuei la carissima lettera sua piena di quella carità, ch'hà sempre fiorito nel suo petto, non hò prima risposto, per non hauer hauuta commodità, adesso vengo à ringratiarla per la memoria, che V. P. hà tenuto di fauorirmi; che ne le resto obligatissimo, e per risposta di quanto mi auisa circa il venire dico, che sub verbo tuo laxabo rete. *Io farò quanto mi commanda; mi dispiace, che adesso gli tempi sospetti non mi danno luoco di farlo; ma alla rinfrescata con gratia di Nostro Signore verrò senza fallo con Don Antonio mio, fratanto desidero, che V. P. mi fauoresse scoprire la volontà di quella Signora, acciò io possa venire di miglior animo, e fauoriscami donarmi qualche auiso, non sono venuto adesso per li caldi, perche il far camino in questi tempi, non può essere senza euidente pericolo della vita. In tanto la supplico, mi fauorisca col mio Signor Virgilio, che procuri di farmi pagare per tempo la terza d'Agosto, acciò in que-*

cipalis dicto, quàm mille testibus contrarium attestantibus stare debeamus, *Vrsill. ad Afflict. decis. 364. nu. 4 & seq.*

262 Vrget prætereà, quod à simili dixit *Ruin. in cons. 11. num. 7. lib. 3.* asserens negari non posse, scripturam esse manu testatoris conscriptam, quã sua manu fuisse scriptam confitetur testator *arg. tex. in l. cum antiquitas in fin. C. de testam.*

263 Sed quid pluribus, ornatissimi Patres, vestra tempora moror? dicunt Aduersarij, Marchionissam tenerè dilexisse ex sorore nepotes, qui si schedula fuisset immutata, satis temporis habuissent certiorandi testatricem de suppositione, de falsitate, de furtis, quod si tẽpus computare velimus, supra quinque dies, octo etiã menses post schedulæ, & testamenti stipulationem superuixit; satis & domina Zenobia nacta fuisset ocij, aperiendi tabulas, perscrutandi veritatem, instituendi nepotes; sed quia schedulam non fuisse mutatam, immò codicillis confirmatam certò sciebant, & iustum Zenobiæ odium, sibique iam diù debitum agñoscebant, hoc tam longum tenuerunt silentium, & non nisi post testatricis mortem, quæ viua millies testamẽtum, & codicillos confirmasset de commentitia suppositione satis aduersus nos impudenter conqueruntur.

264 Quæ quidem valdè etiam apertè demonstrantur eorundem nepotum patris, & administratoris litteris, quas hic ad verbum transcribere volui, vt cognoscat vnusquisque, quàm graue sit scelus de fide venerabilis Fratris Angeli suspicari quid mali, vt intelligant Iudices, etiam aduersæ partis confessione probari, schedulam non fuisse mutatam, non fuisse suppositam, sed

illam

illam, eandemq; semper permansisse, prout suo arbitrio disposuerat testatrix, vt tandem omnes percipiant, hominum ingenio, calliditate, fictis testibus, legumque peruersionibus, absit verbo iniuria, (nam falsis conuicijs, lacessitus iusta repulsa veritatem defendo) omnia inuenta, omnia post mortem Zenobiæ excogitata fuisse, vt scriptum burgensaticorum hæredem, vt legatarios, vt ipsasmet Ecclesias, & pia loca contra testatricis voluntatem hæreditate, legatisq; spoliarent; sed litterarum hæc sunt formalia verba, à tergo: *Al molto Illustre, e Reuerendo Padre in Christo Osseruandissimo il P. Ministro della Prouincia di S. Angelo nel Monasterio di S. Maria delle gratie di Sernia.* Intus verò

Molto Illustre, e R.P. in Christo Osseruandissimo. Alcuni giorni sono riceuei la carissima lettera sua piena di quella carità, ch'hà sempre fiorito nel suo petto, non hò prima risposto, per non hauer hauuta commodità, adesso vengo à ringratiarla per la memoria, che V. P. hà tenuto di fauorirmi; che ne le resto obligatissimo, e per risposta di quanto mi auisa circa il venire dico, che sub verbo tuo laxabo rete. *Io farò quanto mi commanda; mi dispiace, che adesso gli tempi sospetti non mi danno luoco di farlo; ma alla rinfrescata con gratia di Nostro Signore verrò senza fallo con Don Antonio mio, fratanto desidero, che V.P. mi fauoresse scoprire la volontà di quella Signora, acciò io possa venire di miglior animo, e fauoriscami donarmi qualche auiso, non sono venuto adesso per li caldi, perche il far camino in questi tempi, non può essere senza euidente pericolo della vita. In tanto la supplico, mi fauorisca col mio Signor Virgilio, che procuri di farmi pagare per tempo la terza d'Agosto, acciò in que-*

sta fiera di S. Bartolomeo possa aualermi del denaro, & dichi al Signor Virgilio mi perdoni, s'io non li scriuo, perche questo giouane non può aspettare, & in tanto mi raccommando alle sue sante orationi, pregando N. Signore guardi V. P. felicissima. Di Beneuento li 22. di Luglio 1613. di V. P. molto Illustre, e Reuerenda affettionatissimo Seruitore Don N.

265 Quarum litterarum recitatione iam omnibus, atque in primis Iudicibus hæc omnia probari possunt.

Primò, Fratris Angeli Religio, atque dignitas, quia cum D. N. perillustri titulo decorat, & Patrem in in Christo obseruandissimum appellat.

266 Secundò, mutua inter ipsos amicitia, quia illius carissimas litteras accepisse respondit; nam Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. *Cicerone teste de natur. Deor. 1.*

Tertiò, ipsius Angeli charitatis virtus, quia Don N. eius litteras charitatis plenas fuisse confitetur, quam semper in Fratris Angeli pectore floruisse attestatur.

Quartò, pium cum testatrice in Don Antonium officium; quoniam Fratris Angeli, & Virgilij precibus (quem Don N. suis alijs superioribus litteris, quas per Fratrem Angelum reddi curauit, de hoc, & alijs grauioribus negotijs rogauerat.) domina Zenobia negans alia, hoc vnum concessit, vt eam visendi gratia Carpinonem accederent, quod antea aliorum supplicationibus impetrare non potuerunt; nam affata domina palàm timere cognatum, & iusto odio eū prosequi prædicabat; quòd olim illius insidijs paratum sibi venenum deprehendisse attestabatur, vt germana sibi intestatæ succederet, quando sororis con-

iux maximo ære alieno grauatus, ne in creditorum manus incideret Beneuentana fruebatur immunitate; de quibus attestati sunt Fabij testes Dux primus testis, secundus, decimus, decimus sextus super art. 34. octauus, & decimusquartus super artic. 34. & 37. Vndè meritò ob huiusmodi officium his litteris confitetur Don N. se Fratri Angelo maxima oblgatione esse deuinctum, scribitq; quòd circa eorum aduentum, sub illius verbo laxabit rete.

Quintò, negligentia, siuè potiùs solertia ipsius Don N. qui cùm Virgilius suis litteris nullum dedisset responsum, cùm nullum iuxta illius expectationē dare potuisset, ampliùs venire non curauit æxtiuis temporibus, & vitæ periculis se excusans.

Sextò, ipsorum ex sorore nepotum maximum ingratitudinis vitium; nam si domina Zenobia eos maximo diligebat amore, vt ipsi articularunt, & ex suis tres testes testificati sunt; cur saltem aduenīēte hyeme, cum tunc certò se venturos scripsit eorum pater, infirmam suorum nepotum amantissimam, quæ sub die quarta Octobris ab humanis discessit, visitare
267 paruifecerunt? quinimmò cùm per eos testatrix esset furiosa, & illius curam neglexerint, iure nepotes quacunque materteræ successione priuari debebant, *cit. §. si quis de prædictis el primo in auth. vt cum de appellat. cognoscitur.*

Proferant nunc aduersarij, si quam habeant excusationis causam; nam satis mihi compertum est noluisse venire, quia mutuò eam odio prosequebantur, quam ampliùs videre non curarunt, cùm per alias Fratris Angeli litteras intellexerint, codicillis testatricem confirmasse testamentum, quod ipsi eorum

aduentu mutari posse desperabant.

Septimò, sanus, & integer Zenobiæ testatricis intellectus, quę si fuisset insana, frustrà interim Don N. donec ipse, & filius venirent, desiderasset, quòd Frater Angelus illius dominæ in eos voluntatem perscrutaretur.

Octauo, eiusdem Fratris Angeli probata aduersarijs fides, cum ijsdem à Don N. hoc testatricis perscrutandi voluntatem negotium sit mandatum, & creditum.

Nonò, Don N. humilitas, & in Fratrem Angelum, Virgiliumq; testatrice viuente obseruantia, nam suas subscribens litteras Fratri Angelo deuotissimum seruum se profitetur, & Virgilium suum dominum appellans deprecatur, quòd tertiam Augusti sibi solui procuret, vt in nundinis S. Bartholomei pecuniā paratam habere posset.

Decimò, & vltimo, hoc, de quo agitur, testamentū non fuisse mutatum, non suppositum, sed vnum, idemque à Virgilio scriptum, & à Fratre Angelo subscriptum iuxtà dictantis testatricis voluntatem, & illius verum arbitrium, ipsiusmet partis omnium consciæ confessione probari vnicuique non tantùm potest, sed debet; nam quid aliud litterarum illa verba nobis significare volunt; *(ma alla rinfrescata verrò senza fallo con Don Antonio mio, ma tra tanto desidero, che V.P. mi fauorisse scoprire la volontà di quella Signora, acciò io possa venire di miglior animo, e fauoriscami darmi qualche auiso)* quàm conscios illos fuisse, dominam Zenobiam fuisse testatam, & in aliorum, quàm nepotum beneficium dispofuisse, nam si testata non esset, vel si in eo commodum eorum testata fuisset;

non

non vtique Don N. percipiendi illius voluntatem, ſe deſiderio teneri Fratri Angelo ſcripſiſſet, vt meliori animo cum Don Antonio accedere potuiſſet, nam aliàs Don Antonius, & frater eius Don N. filij vti Zenobiæ proximiores, & legitimi hæredes, vel inteſtatæ teſtatrici ſucceſſiſſent, vel bono, & alacri animo eorum pater veniſſet, ſi teſtatrix pro ſuis ex ſorore nepotibus diſpoſuiſſet.

268 Quòd tamen apertiùs comprobatur alijs Don N. litteris, quas Frater Angelus Beneuento Aeſerniam rediens mihi Virgilio reddidit, ſignificans ore, quod à me Don N. ſuis illis litteris poſtularet, quod & iurè patefaciam, ſi hic prius epiſtolæ verba tranſcripſeſim, quæ vt leggatis humaniſsimi Iudices, et iã atque etiam rogo; nam hìc veritas, & meus agitur honor; cuius epiſtolæ exemplar iam recognitum eſt in actis, & præſentatum in eodem proceſſu magno fol. 148. tenoris ſubſequentis v3. à tergò, *Al Dottore Virgilio Chiacchiaro*, intus verò

Il Padre Frat' Angelo Miniſtro della Prouincia di S. Angelo referirà à V. S. in mio nome alcuni negotij miei, la priego mi voglia fauorire in aiutare il negotio, conforme ſpero nella molta bontà, e corteſia ſua, tanto più eſſendo coſa, che come Chriſtiano la deue abbracciare, per il che mi rendo certo, che non mi farà reſtare defraudato dal molto, ch'io ſpero nella bontà ſua, che oltre all'eſſere opera di carità, mi metterà in eterno obligo con tutta caſa mia, colla quale à V. S. baſciamo le mani, pregando N. Signore la guardi feliciſſima. Di Beneuento li 1613. Affettionatiſſimo ſeruitore Don N. qui poſt ſubſcriptionem addit, *mi ſarebbe di grandiſſimo aiuto per vn mio diſegno d'hauere la terza d'Agoſto pagata ſubbito, che*

ſarà

sarà il tempo del pagamento, però prego V. S. a fauorirmi, acciò l'habbia a tempo, che me ne possa seruire nella Fiera di S. Bartolomeo in questa Città.

269 Supradictæ litteræ licèt sint sine die, & mense, eas tamen ipse accepi à Fratre Angelo sexto Idus Iulij, si benè memoria teneo, & negotia, quæ Don N. nomine mihi minister retulit, hæc fuere, vt dominæ testatrici consulerem, (tenorem enim testamenti acceperat à Fratre Angelo, cùm post testamentum Fratrum Minorum Prouinciæ S. Angeli Minister creatus, vt Archiepiscopo Cardinali Ordinis Protectori obedientiam præstaret, Beneuentum se contulit, vbi Don N. & filij morabantur) vt consulerem inquam dominæ Zenobiæ iure non potuisse Don Antonium suum ex sorore nepotem, & legitimum iu feudalibus successorem adeò grauare, vt pro legatis, & ære alieno persoluendis necessariũ illi esset, Carpinonem, & cętera feudalia bona alienare, quòdq; testatrici persuaderem, vt inter scripos hæredes legata, & hæreditaria onera æqualiter diuideret, vel saltem illi, & filio licentiam à domina Zenobia impetrarem, vt ad eam visitandi gratia valerent accedere; nam eorum aduẽtu, & præsentia aliquid prædictorum per se ipsos à testatrice consequi posse sperabant. Hęc Fratri Angelo credita fuerunt negotia; hæc mihi Minister exposuit; credere debetis Iudices, quia vtriusque nostrum ipsi scribenti probata est fides, quòd si alia mãdauit, dicat verbis me pręsente Don N. & credatis illi, si tamen constanter dixerit.

Sed cùm eorum primum recta conscientia consulere non possem, quoniam in Regno Neapolitanorum opinio occupauit subsellia, posse testatorem per-

sonam

sonam hæredis onerare in feudo, quod grauare non
270 potest, omnium enim ferè ex nostratibus feudistarum consensu firmatum est, feudum concessum pro se, & hæredibus ex legitimo corpore descendentibus esse hæreditarium, illique qualitatem hæredita-
271 riam inseparabilem ita inhęrere, vt feudatarius citra teneatur esse hæres in ipso feudo, iuxta illam Andreæ opinionem, quam firmant in *cap. 1. an agnat. & in cap. 1. de success. feudi, cap. 1. §. & si libellum num. 9. de alienat. feud. pater. & cap. 1. §. quia ergo num. 8. in vltimis verbis de inuestit. de re alien. fact.* & per consequens ratum factum defuncti habere debeat, *l. cum à matre C. de rei uendicat.* ad integrum feudi valorem vsque, si alius, quàm ex liberis, quibus tunc legitima deberetur vltimi morientis vassalli fuerit agnatus; &
272 secundùm hanc Andreæ opinionem pluries à Sacro Consilio fuisse decisum attestatur maximus Iurisconsultus, & recolendæ memoriæ clarissimus *Præses Dominus Vincentius de Franchis suis temporibus iustitiæ patronus egregius, & veritatis propugnator acerrimus decis. 1. & 704.* vbi in specie loquitur de hærede
273 transuersali in feudo hæreditario, quem fuisse decisum testatur, ad instantiam creditorum, & legatariorum non habentium assensum, cogi posse ad vendendum feudum etiam per capturam personæ, etiam si non esset hæres à testatore institutus, & penès eum nihil ex ipsius feudi valore remaneret; quidquid contra alij scripserint; cum sententiæ Sacri Consilij, quæ
274 sub nomine Regię Maiestatis proferuntur, vim habeant generalis legis in Regno, *teste Affl. in dec. 383. nu. 3.* & pro huiusmodi decisione apud nostrates notoria consuetudo, et manifesta obseruantia, *teste Nicolao*

Atonio Gizzarello in sua decisione 28.

275 Et alterum adimplere cum nequissem, quia Zenobia virilis spiritus fœmina suæ agnationi, & familiæ consulere diligenter curabat, eiusque voluntas, (testator Deum, quòd verè loquor) in Fabium perpetua semper erat,& constans.

Tertium, quod potui, impetraui, sed Fratris Angeli pia consilia,& concordes preces intercesserũt; quòd autem ipsi de codicillis sibi Fratris Angeli alijs redditis litteris amplius venire voluerint, quid nos gratis singulari odio insequuntur? quid nos conuicijs afficiunt?& quos viuente testatrice etiam post secundum confectum testamentum nos bonos viros summa humanitate, religione, auctoritate, & fide, seque ipsos nobis deuinctissimos prædicabant,nũc ea mortua pro beneficijs acceptis,& gratiarum actione,subiectores appellant?

Vt hisce fictis mendacijs post testatricis mortem ante iudicantium oculos tenderent rete, quod consultò ea viuente non laxarunt, cui cum etiam defunctæ aduersarij maledicant, satis Iudices pro comperto habere debent, dominam Zenobiam suo arbitrio, & voluntate confecisse testamentum, & codicillos dictasse, ipsosque aduersarios ad illius voluntatem euertendam suas hasce commentitias suppositiones tanquam machinam post illius mortem comparasse; nam si codicilli,& testamentum aliorum consilio cõtra Zenobiæ voluntatem suppositi,& mutati fuissent, quod falsò de Fratre Angelo,& Virgilio suspicantur, cur in mortuam testatricem contumeliam proferrẽt maledicti.

Quæ & si negare voluerint aduersarij,minimè poterunt

runt nam satis eorum iudiciali confessione conuincuntur, qui cum callidissimi replicare Fabij responsionibus se putarent, & cum grauissima quædã verba ex intimo artificio deprompsissent in mei potissimũ Virgilij fictum conuicium, iusto Dei iudicio factum est, vt etiam grauissimis mortuam Marchionissam afficerent maledictis, vt sic sibimet ipsi mentiretur iniquitas.

Sed quæ vestra est humanita integerrimi Iudices, liceat mihi hìc transcribere verba illius famosi libelli, vt omnes percipiant, me falsis cõuicijs lacessitum meæ existimationis causam veritate tueri, qui vt patet ex originali præsentato in processu magno f.422. sic incipit.

276 *Repliche alle risposte inuentate, & imaginarie di Fabio per confirmatione del bilancio verdattero delli beni hereditarÿ della quondam Zenobia Marchesa N.*

Quel che è passato in questo particolare del pretenso testamento della quondam Zenobia N. *non può contrauerters da Fabio, il quale potrà darlo ad intendere ad altro, ma non persuaderlo alli Signori Giudici con diuersi colori apparendo la verità non solo dal processo, ma dalli istessi testimonÿ esaminati ad instantia d'esso Fabio, li quali per volontà diuina, quando mai Fabio se lo pensaua, hanno dichiarato da qual parte siano state le machinationi, & inuentioni supponendo per testamento quello, doue non fù mai voluntà di detta Marchesa, & quanto più hanno cercato di compiacere ad esso Fabio, tanto più sono cascati negli errori ben conosciuti dal Sacro Conseglio, lasciando da parte la loro pessima qualità dedutta nella proposta per tante inquisitioni d'eccessi graui, e questi sono gli testimonÿ allegati da Fabio, il quale vuole*

aualersi della figurata amoreuolezza, & affattione, che li portaua la Marchesa, e si scorda del testamento verdatiero fatto prima, quale fù brugiato, tanto era giouenole al detto Fabio, e con diuersi artificij inuentato l'altro supposto per ingannare la Merchesa, e da questo risulta vero argumento, se la Marchesa amaua Fabio, ò Don Antonio, e fratelli suoi nepoti carnali, accompagnandoci anco per passaggio il buon conseglio del Dottore Virgilio Chiacchiara, il quale dice ben Fabio non hauerci che fare, mentre non è più à tempo d'indrizzare altri trafichi, sperando per ciò, che il Sacro Conseglio prouederà à fenire questo negotio con quella giustitia, e prudenza, che suole in tutte lo cause senza rispetto alcuno.

Quibus sic ironicè in Virgilium dictis, & aduersus Fabium, & cęteros illius testes artificiosè præfatis, vt etiam linguis in mortuam sæuirent Marchionissam, hæc inter alia eod. fol. à terg. addiderunt.

Essendosi caminato con gli stessi affitti fatti dalla quondam Marchesa, la quale è noto a tutti, che violentaua gli vassalli, che per forza pigliassero gli affitti solo per mostrare, che accresceua l'entrate. neque in hoc solum inest maledictum, quod vehementer insigne est, & nouum; sed fol. 423. satis impudenter repeterunt, *che faceua pigliare l'affitto del molino la Marchesa per tre-*
377 *cento tomola di grano colla violenza già detta*; & hic est panegiricus testatrici à sororis filijs dictus. *Hoc epithaphium, quod Zenobia Marchionissa defunctæ pro grati animi monumento dilectissimi posuerunt nepotes*. Proh Deus immortalis, quid non mortalia pectora cogit auri sacra fames? nam si vt minoris tātùm feudales æstimarentur fructus, tirandi vitia, & crimina Marchionissæ mortuæ testatrici falsò adscripserunt,

quid

quid veri pro æffrenata potiundæ totius illius hæreditatis cupiditate in nobilissimos, & probatæ fidei testes in scriptum, burgēsaticorum hæredem verè dilectum, in fidelem testamētarium, in religiosissimum virum pro testatrice subscriptorem dixisse, aut dicere eos potuisse, tunc facilè prudentissimi Iudices intelligere, & eiudicare poteritis.

278 Nam ipse vltra progrediar, si hoc alterum admonuerim, aduersarios ad tabulas primi testamenti confugere, quas testatrice iubente igne interisse scimus omnes, & ridiculum, ad eas, quas habemus, nihil, nisi leue, & puerile dicere, & querere, quas habere non possumus, & cùm habemus testatricis cōfessionem, & Fratris Angeli octaui pro ea subscriptoris Sacerdotis religiosissimi, & integerrimi iusiurandum, & & fidem primi testamenti tabulas desiderare, quas domina Zenobia in ignem palàm à Fabio proijci iussit, quod satis probatur ex actis, & nouem Fabij testes attestantur. Dux primus testis, decimus sextus, & vigesimus secundus super artic. 10. item secundus super artic. 25. tertius, quartus, quintus, septimus, & vndecimus super artic. 26. non quòd primæ illæ tabulæ haud Fabio vtiles essent, non quòd illic testatrix vniuersales hæredes scripsisset nepotes, vt somniarunt aduersarij; sed quia sui testamenti secreta alijs publicari timebat, si tātum tabula lacerari mandasset,

Quæ etsi integræ adhuc in præsentia extarent, eas tamen fuisse corruptas, suppositas, atque nullas, quia non iuxta eorum auiditatem, & ingluuiem conscriptæ, alloquerentur aduersarij; nam illius primi testamenti idem Virgilius scriptor, idem Frater Angelus

ſubſcriptor, idem Iudex, idem Notarius, iſdem ferè omnes fuerunt ſignatores, & teſtes, idem Fabius fuit ſcriptus hæres in burgenſaticis, iddem fuit matri legatum, eadem relicta Virgilio, & maiora, eadem Angelicæ ſorori, ſed Fratri Angeli ſubſcriptoris manu, eadem fuerunt legata feudalibus, nihil relictum ex ſorore teſtatricis filiabus, nihil nepotibus legatum, præter dotes maternas aureorum ſexdecim millium, & Don Antonij in feudalibus inſtitutionem cũ onere ſoluendi legata, & hæreditarijs ſatisfaciendi creditoribus; & tandem ſi primi teſtamenti tabulæ illæ ante Iudicum oculos afferri poſſent, ipſamet domina Zenobia fuiſſet tunc inſana, & furioſa; quod clarè demonſtratur, quia inſanam eo etiam tempore, quo primum confecit teſtamẽtum, fuiſſe teſtatricem articularunt in art. 14. cuius verba ſunt infraſcripta, v3.

279 Item ad magis demonſtrandum, *che detta aſſerta cartula, che chiamano teſtamẽto, mai fù voluntà di detta Signora Zenobia, ne vi poteua eſſere, perche non ſtaua in retti ſenſi, vuol prouare come dal principio in circa del meſe di Gennaro 1613. dalla lauata della ſua teſta, inſino alla morte detta Sig. ſtaua in modo debilitata di teſta, e fuor di ſe, ch'ogni perſona, che la vedeua nell'atti, e nelle parole la teneua, e giudicaua per pazza, e fuor di ceruello, e così veramẽte era tenuta, e reputata da tutti communemente, e generalmente.*

Et ſecundùm contenta in iſto ſupradicto articulo aduerſarij procurauerunt, quòd ſeriberentur propalationes ſuorum vaſſallorum N. Baronis ærarij, N. & N. vt eſt videre ex eorum teuelationibus exiſtentibus in proceſſu Sancti Laurentij, qui quidem vaſſalli publicatis poſtea Fabij probationibus, & illius teſtiũ atteſtationibus factis in communi termino probato-

rio

rio, deposuerunt, in termino primi beneficij ab aduersarijs petiti, quia consultò in communi nihil probare curarunt, attestati sunt, quòd tempore primi testamenti domina Zenobia erat sanæ mentis, & intellectus, iuxta alios aduersariorum articulos octauum, & decimum tertium, in quibus articularunt publicè exauditum fuisse in primo illo testamento, fuisse institutum hæredem Don Antonium, prout re vera in vtroque testamento institutus fuit; sed in feudalibus tantum, & cum oneribus supradictis hęreditarijs.

Hinc quid ista partis inconstantia, atque aduersariorum testium sibi velit contradictio, quiuis facilè cognoscere valet, nam certiores iam facti aduersarij, primi testamenti nullas extare tabulas, quòd flamma testatrice mandante combustæ essent, eiusmodi vsi sunt incostantia, & fictione, vt iudicantium mentes perturbarent, & meum apud Iudices bonum, ac fidele testatrici criminarentur consilium, malè, atque ineptè inferentes; quòd domina Zenobia prudentissima testatrix suum iam diù probatæ fidei, ac integerrimum consultorem de testamentarijs rebus consu-
280 lere non potuisset, cùm hæc consulendi iurisperitũ de modo testandi, vnicuique sit à lege data potestas,
281 *l. codicillis* §. *Lucius Titius ff. de leg.* 2. & testamenta, aliæque vltimæ voluntates non modò ab alijs, quàm à testatore dictari possint, *l. dictantibus C. de testam.*
282 sed etiam dictari, & scribi simul. *l.* 2. *vbi gloss. in verbo dictante*, secundùm communem intellectum *C. de ijs, qui sibi adscrib.* vel quòd Fabius mea in hac re eguisset negotiatione, aut ipsa Fabij opera, vt ipsi efficiunt aduersarij, quibus potissimùm nostra apud dominam Marchionissam semper fuit necessaria inter-

ces-

cessio; quod satis euidẽter apparet ex alijs infrascrip-
283 tis litteris, quas Don N. filiorum legitimus administrator mihi reddi curauit, quę sexto loco recognitæ extant in processu magno tenoris, qui sequitur, v3. à tergò, *al Dottor Virgilio Chiacchiara, che Dio guardi, Isernia*, intus verò.

Quando mandai l'huomo à posta questo mese di Fe-
284 *braro* (iam confecto testamento secundo die trigesima superioris mensis Ianuarij) *mi fauorì V.S. in risposta auisarmi, come subito, che la Signora Marchesa fusse stata con salute, & il Signor Fabio N. tornato in Napoli me hauerebbe fauorito far'opera con detta Signora, e perche per gratia di N. Signore detta Signora sta*
285 *sana*; (ergo nec furiosa, nec mente capta) *e detto Signor Fabio è in Napoli, & aggiungo anco, ch'è maturata l'annata finita à 10. di di questo mese, son forzato di nuouo fastidire V.S. à farmi questo fauore, mettendo in consideratione detta Signora, ch'è vn anno intiero, che non mi paga, e Dio sà il danno, e ruina, che mi cagiona*, (ecce
287 quomodo Marchionissa tenerè amabat nepotes.)

Hò voluto ricorrere da V. S. per questo fauore, sapendo, che la molta cortesia, & autorità, che tiene cõ detta Signora non mi farà mancare d'ottenere cosa tanto giusta, tanto più essendo trattato questo negotio col suo valore, e fauore, col quale spero ottenere non solo questo; ma l'essere pagato per l'auenire terza per terza, conforme V.S. con la sua m'accenna, il che stimarei per vna delle maggiori gratie, e ricchezze, che potessi riceuere in questa vita, e così ne supplico V.S. quanto posso,

287 Igitur si tantæ me apud dominam testatricem fuisse auctoritatis confitetur, vt & ipse mea opera, & intercessione indigeret, cur mea nũc abutitur humanitate,

nitate, atque Fabij negotiatione pro referenda gratia subiectorem me appellare non erubescit?

M'han detto, che detta Signora nella sua razza tiene certi muli da vendere, e perche io desidero comprarne almeno quattro, prego V.S. mi facci fauore, se conosce, che siano al proposito, cioè grandetti, e che già siano atti alla fatica, me li facci hauere con ritenersi il prezzo, purche nõ sia più, ch'alla ragione di trenta docati l'vno, che tutti quattro faccino la summa di cento venti docati, desidero si bene, che siano, ò tutti quattro mascoli, ò tutte femine, ò vero duo mascoli, e due femine, & ogni paro d'equal pelo, e grandezza, e sopra tutto di vita, e grandezza non meno di quelle, che mandò detta Signora in Napoli à disciplinare per la sua carrozza, e più grandi si, ma non più piccioli, e che di età siano tali, che possa subbito metterli alla fatica, che non siano tanto polletri, che fusse bisogno aspettare qualche mese per hauerne il seruitio, ancorche li vogli polletri, di salute, e bontà poi sò, che non me li farebbe dare, se non fussero buoni.

Ex huius epistolæ verbis præcipuè demonstratur,
288 quo cùm mihi aliqua intercesserit negotiatio, an cum Fabio, siuè potiùs cum Don N. & quamuis mulorum non fuerit perfecta venditio, cum tot illius cautionibus, pactis, & petitis conditionibus satisfacere non potuerim, attamen modis omnibus curaui, vt eidem Don N. manu Fabij à domina Zenobia statim re ipsa integri pro annuis tertijs quadringenti aurei soluerentur.

Conosco, ch'il mio ardire è souerchio infastidirla tanto, ma sò, che la sua cortesia è tanta, che mi dona tutta
289 *questa licentia*, meam nimiam fatetur in eum humanitatem, *pregandola, che voglia trouare occasione, in*

che

che io possa seruirla, acciò conosca, che à V. S. è caro il fa-
290 *uorirmi,* & inuicem officia pollicetur, *& in tanto le bacio le mani, pregando Nostro Signore guardi V. S. felicissima. di Beneuento li 22. di Aprile 1613. Affettionatissimo seruitore Don N.* & post subscriptionem addidit. *M'hanno detto, che la Signora Marchesa stà per gratia di Dio del tutto sana., mà quando ancora durasse l'impedimento della mano, che non potesse firmare, il che*
291 *Dio non voglia,(*manus ergò laborabat paralesi, sed non caput*) potrà fauorirmi far la polisa per mano di Notare per atto publico, come V. S. sà meglio di me, & in quest V. S. m'hauerà da fauorire in superare qualsiuoglia difficultà, facendo consignare la polisa al latore di questa,*
292 *che sarà ben data,* veruntamen accepta pecunia, quę in me post mortem testatricis officia contulerit, inintelligite queso, oblocuti sũt, me Doctorem ex municipio Pescularum, iuris feudalis ignarum, transcripsisse schedulam testamenti Marchionissæ in cubiculo Fabij ab eo exemplari, quod semper secum pertulisse Fabium articularunt art. 23. quo nihil insultiùs, nihil inuerisimiliùs dici potest; nam si schedulam mutare voluissem, quod à me semper absuit, sciuissem saltem alibi eam secretò transcribere, quàm in cubiculo Fabij; quod omnes domestici, & Marchionissæ familiares frequentabant; cum nemo sit tàm stupidus, qui volens falsum fabricare, omni studio, atque ingenio
293 non curet omnes euitare suspitiones, qua argumẽtandi ratione pro quibusdam codicillis vsus est *De-*
294 *cianus in cons.* 81. *num.* 44. *vol.* 5. quinimmò falsitatis suspitio loci tollitur celebritate, *Menoch. cit. cons.* 221. *num.* 4. *vol.* 3. eo maximè, quòd in me facta perquisitione ipsomet Regio Consiliario Don N, aduersario-

rum

rum germano tunc causarum criminalium Iudice, Magnę Curiæ Vicariæ, nihil vnquam me sceleris admisisse compertum est.

295 Quamobrem si ingratus est *(vt inquit Cicero)* qui beneficium accepisse se negat, quod accepit, ingratus, qui dissimulat, rursum ingratus, qui non reddit, & omnium ingratissimus, qui oblitus est; in subblimiori ingratitudinis gradu sunt collocandi, qui plurimorum beneficiorum obliti, iniustis, ac dolosis linguis suos sunt beceficos persecuti.

296 Attamen cùm hæc nostræ controuersiæ causa in ea incidisset formidolosa tẽpora, quibus nouissimus compilator *in d.decis.95.num.*18. attestatur, Sacrum Consilium fuisse perterritum quodam casu relato à *Burgos de Pace in l.3.Tauri part.2. conclus. 4.fol.331.*

297 *num.* 1166. *vers. ex superioribus*, non fuit aliter, vt ille scribit, per apices iuris decisa; sed attenta qualitate litigantium compromissa in iddem Sacrum Consilium vti in amicabiles compositores, cum expressa facultate vni auferendi, & alteri tradendi, prout pluries dicit in similibus practicatum esse, *teste Grammatico in decis.9.* & si nuper ex nouissimis ordinationibus huiusmodi compromissa affirmet fuisse prohibita, *vt ead.decis. num.*19. & quidem iure optimo, nam passim *Grammatici decisione*, & talibus compromissis abutebantur.

298 Sed queso, Patres conscripti, quo pacto Sacrum Consilium, in quo graues, ac magnanimi resident Senatores, potentissimique, ac Inuictissimi Regis Sacra, & sublimis præcipuè resplendet Maestas, tàm tenui exemplo à Burgos relato de concubina cuiusdã militis testatoris, & hominum priuatorum de illius

che io possa seruirla, acciò conosca, che à V. S. è caro il fa-
290 *uorirmi,* & inuicem officia pollicetur, *& in tanto le bacio le mani, pregando Nostro Signore guardi V. S. felicissima. di Beneuento li 22. di Aprile 1613. Affettionatissimo seruitore Don N.* & post subscriptionem addidit. *M'hanno detto, che la Signora Marchesa stà per gratia di Dio del tutto sana., mà quando ancora durasse l'impedimento della mano, che non potesse firmare, il che*
291 *Dio non voglia,* (manus ergò laborabat paralesi, sed non caput) *potrà fauorirmi far la polisa per mano di Notare per atto publico, come V. S. sà meglio di me, & in quest V. S. m'hauerà da fauorire in superare qualsiuoglia difficultà, facendo consignare la polisa al latore di questa,*
292 *che sarà ben data,* veruntamen accepta pecunia, quę in me post mortem testatricis officia contulerit, inintelligite queso, oblocuti sũt, me Doctorem ex municipio Pescularum, iuris feudalis ignarum, transcripsisse schedulam testamenti Marchionissæ in cubiculo Fabij ab eo exemplari, quod semper secum pertulisse Fabium articularunt art. 23. quo nihil insultiùs, nihil inuerisimiliùs dici potest; nam si schedulam mutare voluissem, quod à me semper absuit, sciuissem saltem alibi eam secretò transcribere, quàm in cubiculo Fabij; quod omnes domestici, & Marchionissæ familiares frequentabant; cum nemo sit tàm stupidus, qui volens falsum fabricare, omni studio, atque ingenio
293 non curet omnes euitare suspitiones, qua argumẽtandi ratione pro quibusdam codicillis vsus est *De-*
294 *cianus in cons.* 81. *num.* 44. *vol.* 5. quinimmò falsitatis suspitio loci tollitur celebritate, *Menoch. cit. cons.* 221. *num.* 4. *vol.* 3. eo maximè, quòd in me facta perquisitione ipsomet Regio Consiliario Don N, aduersario-

rum

rum germano tunc causarum criminalium Iudice, Magnę Curiæ Vicariæ, nihil vnquam me sceleris admisisse compertum est.

295 Quamobrem si ingratus est (*vt inquit Cicero*) qui beneficium accepisse se negat, quod accepit, ingratus, qui dissimulat, rursum ingratus, qui non reddit, & omnium ingratissimus, qui oblitus est; in sublimiori ingratitudinis gradu sunt collocandi, qui plurimorum beneficiorum obliti, iniustis, ac dolosis linguis suos sunt beceficos persecuti.

296 Attamen cùm hæc nostræ controuersiæ causa in ea incidisset formidolosa tēpora, quibus nouissimus compilator *in d.decis.95.num.*18. attestatur, Sacrum Consilium fuisse perterritum quodam casu relato à *Burgos de Pace in l.3.Tauri part.2. conclus. 4.fol.331.*

297 *num.* 1166. *vers. ex superioribus*, non fuit aliter, vt ille scribit, per apices iuris decisa; sed attenta qualitate litigantium compromissa in iddem Sacrum Consilium vti in amicabiles compositores, cum expressa facultate vni auferendi, & alteri tradendi, prout pluries dicit in similibus practicatum esse, *teste Grammatico in decis.9.* & si nuper ex nouissimis ordinationibus huiusmodi compromissa affirmet fuisse prohibita, *vt ead.decis. num.*19. & quidem iure optimo, nam passim *Grammatici decisione*, & talibus compromissis abutebantur.

298 Sed queso, Patres conscripti, quo pacto Sacrum Consilium, in quo graues, ac magnanimi resident Senatores, potentissimique, ac Inuictissimi Regis Sacra, & sublimis præcipuè resplendet Maestas, tàm tenui exemplo à Burgos relato de concubina cuiusdā militis testatoris, & hominum priuatorum de illius

testamento transactione, aut terreri, aut moueri ratione, qua potuit, vt in causa tàm clara, coactis hæredibus Marchionissæ ad sic compromittendum, vt paulò superiùs dixi, burgensaticorum hęrede Fabio semper reluctante, maxima cum legatariorum iactura, atque in primis Angelicæ meæ sororis, qui compromisso non comprębendebantur, supradicti Regij Consiliarij nepotem ditaret ex fratre?

299 Et mirum quidem est, quòd cum legibus, non exemplis sit iudicandum; neque si cognitionales, (vt Imperator sanciuit) sint amplissimæ præfecturæ, vel alicuius Maximi Magistratus prolatæ sententiæ, omnesque Iudices veritatem, ac vestigia legum, & iustitiæ sequi debeant, *l. nemo C. de sent.* simplex supradicti Burgos, qui cuiusdam strenui militis patronus alterius militis testamentum impugnabat, Sacrum Cõsiliũ terruerit auctoritas; cum satis mihi ex illius decisione verbis probetur (attenta qualitate litigantiũ) quòd non pauor, sed fauor fuerit compromissi illius causa finalis.

300 Veruntamen væ illis, qui hominibus placẽt, quoniam Deus dissipabit ossa eorum *Psalm. 52.* quos post Diuum Hieronimymum in præfatione ad librum Esther, Andreas nostræ patrię ornamentum, & splendor, iuris feudalis luminare maius iustitiæ, & veritatis semper amator eisdẽ Psalmistæ insecutus ast verbis *in cap. vnico §. fin. num. 25. de cap. qui cur. vend.* vbi cunctos hortatur ad obediendum Deo, & veritati, quia Deus, inquit, veritas est, *Ioan. cap. 14. & Paulus Apostolus scribens ad Galatas cap. 1.* protestatur dicẽs, *si adhuc placerem hominibus seruus Christi non essem*, hisque diuinis monitis ibidem *nu. 24. in fine,* deterre-

re satagit fiscales Regni, qui adulando, vel timendo, id Principibus fieri posse colorant, quod iure fieri nõ debet.

301 Atque vtinam leuissimo Burgos exemplo tàm iusta sororis causa fuisset trãsactione composita, nam manibus vacuis non remansisset Angelica, vt eorum vtar verbis, qui in *d. decis. circa finem*, in illo gloriantur arbitramento, quòd de legatis extra causam piam, nulla fuerit habita ratio, à quibus in dicta Angelicæ causa, quæ extra compromissum agebatur cum scripto burgensaticorum hærede, qui codicillos, & testa-
302 mentum agnouerat, hæc sententia dicta est (*Absoluatur Fabius ab impetitis Angelicæ*) & sic legataria de testatrice benemerita quinque verbis, quinque millium aureorum legato, vt alijs superuestirentur, est spoliata.

303 Sed videamus amplissimi Patres, quid casus relatus à Burgos cum nostro similitudinis habeat? exẽplum enim, vt docet *Cicero rethor. lib. 4. de exornat. sentent.* eisdem sumitur de causis, quibus similitudo, & argumentum à simili non deducitur, neque concludit, quando etiam parua datur dissimilitudo. *Euerard. in locis argument. legalibus loco à simili*, post alios, quos ibidem recenset, & sequitur, *vers. quarto non procedit*; atqui inter speciem nostram, & relatã à Burgos quamplures, hæque maximę dissimilitudines conspiciuntur.

304 Inprimis scriptura illius militis testamenti, quam ille in eius arca reclusam, clausamque habebat tempore stipulationis fuit testatori oblata à muliere illius famula, & concubina, quæ, vt scribit *Hug. ad libell. ad soc. volent. nub.* diligit, vt capiat, decipit, vt rapiat,

piat,& amat,quod habes,non quod es, *& Tull.2.rethoric.* testatur, muliebrium vitiorum omnium fundamentum esse auaritiam.

Marchionissæ verò schedula testamenti fuit eidē eo tempore stipulationis reddita à Fratre Angelo, penès quem testatrice annuente asseruabatur, viro integerrimo Guardiano S. Mariæ Gratiarum Ordinis S. Francisci Minoris Obseruantiæ Sacerdote, & Confessario testatricis, de quo quàm satis iura confidant, iam pluribus diximus supra.

305 Item in ea scriptura ipsius famulæ,& illius militis illegitimi filij in Baronijs,plerisque in oppidis,& redditibus hæredes apparebant instituti, & sic de maximo concubinæ,& suorum filiorum lucro, & interesse agebatur, at in schedula Marchionissæ nepos ex sorore Don Antonius in feudalibus, & consanguineus ex familia Fabius fuit institutus hæres in burgensaticis nullo nec minimo Fratri Angelo legato relicto.

306 Deinde testamentum militis erat scriptum ab illius famulæ consanguineo, cui nec testator,nec alius pro eo se subscripserat, & ita à solo ipso scriptore facilius rescribi poterat.

Illud verò Marchionissæ non vtique, quia in eo plures adsunt Fr. Angeli pro testatrice subscriptiones & testamētarius sine subscriptoris crimine schedulā

307 mutare nō potuisset testamenti, quod quidē à me conscriptū, dictus nouissimus decisionū cōpilator manu cuiusdā Virgilij Chiacchiari scriptū esse testatur *ead. sua decis.nu.* 1.ac si me non nouisset, ac si meis ipse ex iuris allegationibus, quas post arbitramentum mea manu tradideram suę dictæ decisionis eam particulam,& rationes non compilasset *num.* 15. *vers. primo,*

secun-

secundo, tertio, & quarto numeri sequentis, quas ego pro Fratris Angeli indubiæ fidei defensione cõscripseram,& si penitus ignorasset,illum me Virgilium esse integerrimum Marchionissæ testamentarium, & satis de testatrice benemeritum,quæ me defensore suam Sancti Marci montaneam septimo idus Nouẽbris millesimo sexcentesimo quinto ingẽti cum gaudio recepit,quam superioribus annis ipso tunc illius causam agente magna cum tristitia amiserat.

308 Nam cum eo patrocinante sub die vigesima mẽsis Maij anno tertio supra millesimum sexcentesimũ per Sacrum Consilium super faciem loci lata fuisset sententia contra Marchionissam,& deinde illius causa reclamationis commissa Regijs duarum Aularum Consiliarijs, tandem referente Carpinoni Domino Cæsare Freccia Regio Consiliario de hac causa ad cæteros Regios Consiliarios suos collegas doctissimos, & integerrimos viros DD. Don Ioannem Sances de Luna,Scipionem de Curte, Iacobum de Frãchis, Ioannem Ruiz de Valdeuesò, Ioannem Baptistam de Leonardis,Franciscum Valcarcer,& Carolũ Tironem,quorum omnium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace(sic breui Iudices diem suum clauserunt extremum) pridie quam ad montaneam se contulissent, & coram Sacro Consilio tunc pro Marchionissa adessent causæ illius patroni Aduocati Neapolitani primarij, cumque eos, & aduersæ partis Aduocatus Don Ioannes Sances S. Consilij Decanus interrogasset, an aliqua in processu adesset scriptura de finibus, atque ab Aduocatis vtriusque partis responsum fuisset, extare, mecum tunc ipse, qui procul aderam cogitaui, causam decidendam esse scrip-

tura illa, quæ communi partium consensu probata fuerat.

Quamobrem incredibili ardebam cupiditate eam legendi, quam cum paulò post efflagitassem ab Aduocatis Marchionissæ, & à Procuratore illius, qui tūc eorum animos Virgilij Georgicorum lectione leuabat, mihique respondissent, scripturam esse in processu, & se illam præ manibus non habere, ad tertiam vsque noctis horam oportuit me laborare, vt ex processu scripturæ mihi exemplum describeretur, quo demum accepto ab actorum causæ Magistro reliquā noctem in perscrutanda vera illius intelligentia sæpè sępiùs ab initio ad finem repetita spripturæ lectione peruigilaui.

Erat enim hæc scriptura (quam olim Neapoli prę-sentauerat in processu Procurator Vniuersitatis Frisoloni die quinta Iunij 1584.) copia publici instrumenti laudi cuiusdam de finibus montaneæ lati die quarto mensis Aprilis 1451. regnante Serenissimo Alfonso Rege Aragonum ab Antonio Fronnino Iurisconsulto Aesernino inter Reuerendissimum Antonium Carrafam Abbatem Monasterij Casinensis vtilis tunc domini feudi Sancti Marci, & Vniuersitati Frisoloni, ac Iacobum de Montagano illius Baronem.

Atque manè cum in montem ascendissent omnes Regij Consiliarij in singulorum manibus siingula supradicti laudi erant exempla, quinimmò Magister actorum, eiusque Scriba, nec non Aduocati, & Doctores Frisoloni, ac etiam Medicus illius Vniuersitatis, quisque suam copiam tenebat manu, eaque dumtaxat Marchionissæ causę carebant patroni; quamob-

tem

rem tunc mihi carius meum esse cæpit exemplum, & nocturni labores dulciores, quòd mea de scriptura opinio, vt Marchionissæ retuleram, non me falleret.

Cæterum huiusmodi laudum cùm antiquius, tùm obscurius Sacro Consilio visum est, adeò vt illius Decanus super faciem loci iterum omnes interrogaret, an quisquam adesset, qui sensum illius scripturæ explanasset; nullius tunc fuit responsum, omnes conticuere; nam aduersarij priori sententia Sacri Consilij iam obtinebant montaneam, & nè eos pœniteret aliquando fuisse locutos, tacebant, Marchionissæ verò defensores; & si ipsi pro recuperanda montanea aduenissent, de scripturę tamen sensu, quam non curarunt habere, cum rectè loqui non possent, etiam ipsi silebant.

309 At tunc ego veritus, ac nostrorum silētio saltem Sacri Consilij conformi sententia iuxta morem, & Regiam Regni quintam Pragmaticam sanctionem de offic. Sacr. Regij Consilij, nostræ causæ perpetuum imponeretur silētium, summisè ab oratoribus Marchionissæ petij facultatem loquendi, quam cum mihi nutu fecissent, ipse, qui nunquam ante illius causam egeram, de prę scriptis montaneæ finibus apud Sacrū Consilium disserui, & verum illius laudi scripturæ præclarissimi mei conciuis sensum aperui.

Veruntamen cùm mihi obijcerent aduersarij, meā declationem sibi probari non posse, quòd signa crucum, quarum laudum meminerat, negarent adesse, quia serpens hædera eo antiquissimo centum quinquaginta quatuor annorum tempore magna saxa versus Orientem, in quibus testabatur scriptura, fuisse signa Crucum incisa, ita suis brachijs fuerant am-

ple-

plexata, vt ne dum signa, sed nec ipsa saxorum moles conspici poterat, tunc peruiridi, & vndique errante hedera meo succisa consilio, magna cum Iudicum delectatione, & nostrorum lætitia (qui iniquo non cruciabantur liuore) cruces in sacris apparuerunt finales, & veritate iam patefacta meus sensus supradictis Regijs consiliarijs probatus est omnibus, qui tūc honorem habere cæperunt, ac deinde hortantes, vt ad casus agendas me conferrem Neapolim, suam sūt mihi polliciti operam, & religiosas aures, & quamuis hæc mihi honestior hinc discedendi causa fuisset, quā si pedagogus effectus, vt quidam alius illùc à patria profectus essem, nolui tamen Parthenopem petere, cum magis Deo inseruire decreueram Ecclesiasticæ militiæ adscriptus, quàm in celeberrimo foro, vbi fortuna plurimum præualet cum Aduocatis militare.

Quamobrem, vt ad montaneam reddeam, in eo territorio, quod circa lacum existit, & à lacu per directum vsque ad cacumen montis per medium, vbi est aliud signum Crucis in saxo grosso versus partem orientalem, & per directum *come acqua pende* versus Sanctum Marcum, quæ sunt verba laudi noui termini, iuxta eiusdem laudi antiquissimos fines, fuerunt appositi.

Sed cum ipse timerem, ne fortè deinceps pes aliā regionem fines Iudices dirigere vellent, supplex cōpilatorem admonui, vt lineam, & confines laudi defendere vellet, qui meam hanc fastidiens ad monitionem, ac si conuicijs à me fuisset affectus, turbidè mihi respondit inquiens, iam nunc tu me primùm legere vis docere? cuius ego iunior responsionem egrè ferens, iam tu, dixi, vis causa cadere, vt aliàs cecidisti,

tunc

tunc ille commotus obmutuit, turbatusque parum post à montane discedens profectus est cum Procuratore ad Ioannem Baptistam de Ebulo, quem honoris causa nomino nobilissimum Aequitem, qui illis diebus in Ciuitanoua suo Oppido morabatur, quod à dicta montanea paucis milliaribus distat.

Quapropter postridie illius diei satis mihi, & altero Marchionissæ Aduocato humanissimo viro de cæteris laudi finibus est disceptatum, atque illis in primis, qui à Frõnino erant præscripti à dicto saxo grosso, vt ille inquit cruciato versus Orientem per directum, *come acqua pende* vsque ad locum, qui dicitur *Pesco curuaro*, & inter alia, cùm Consiliarius Tironus pro Frisoloni Vniuersitate (quam serò pœnituerat presentasse in actis laudi supradicti scripturam) illud mihi obijceret, quòd si à dicto saxo magno duceretur linea per directum, magnum sequeretur absurdum; quia fines montaneæ Sancti Marci nimis protraherentur ad Terram vsque Frisoloni; eique respondissem consultò Fronninum in ea verba respondisse *come acqua pende* ad locum vsque, qui dicitur *Pesco Cernaro*, eisque satis clarè aperuisse, lineam dirigi debere non simpliciter per directum, sed per directum, *come acqua penne*, & sic ad rubeos lapillos vsque in actis deductos, qui illius regionis naturales sunt fines, & non vltra mitti, quàm vsque ad terminum, ad quem in scriptura demonstratum, qui vulgò nominatur *Pesco Coruaro*, qua mea responsione ita tota laudi scriptura est declarata, vt alia amplius non indigeret explanatione, cui tunc Carolus, & cęteri Consiliarij acquieuere.

Atqui obfuit postea, quod prodesse debuerat, &

accidit,quod verebar, nam agnoſcentes meam Iudices veram laudi intelligentiam,ſupradictos laudi terminos,qui omnibus alijs erant clariores per aliam regionem direxerunt, & relictis finibus naturalibus affixerunt artificiales, mittentes lineam à dicto ſaxo magno Cruce magna ſignato ſimpliciter, prout vadit directè ad Peſchum Coruarium, & ſic à montanea Sancti Marci huius lineæ pendentiam, à cuius latere pluuiales aquæ deſcendũt, aduerſæ partis mõtaneæ applicauerũt, ita priorem ſententiam meo patrocinio reformantes Carpinoni die ſeptimo menſis Nouembris anno milleſimo ſexcenteſimo quinto, de quibus omnibus cuncta Prouincia eſt mihi teſtis.

Sed quorſum hæc tàm multa de monte? quia profectò videtis, humaniſſimi Iudices, me de teſtatrice fuiſſe benemeritum, & huius montis defendẽdi cauſa impacatum compilatoris odium in me cõcitatum fuiſſe,atque inuidiam, qui ſeptuaginta ſeptem annos iam natus, & in ſella conſedens altiori propter amarius verbum iam diù à ſæculari iuuene in eum prolatum tranſactis viginti ſeptem poſt annis plura irriſionis plena aduerſus me iam ſenem, & Sacerdotem licet indignum in ſua d.deciſ. & præcipuè, quæ in calce illius leguntur: Et ſic Virgilius Chiacchiarus, & eius ſoror remanſerunt manibus vacuis à legatis,quę ipſemet ſibi, & ſorori adſcripſerat, iniquè interferere non erubuit, quam quidem deciſionem, & ſi ille in lucem dediſſet ſuperiori anno trigeſimo tertio, attamen ipſe cum anno vigeſimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Iſernienſis Marci Antonij Genuenſis clariſſimi Iuriſcon-

sulti mei affinis essem Vicarius, & Locumtenēs Generalis, & ab eadem decima octaua die mensis Aprilis Sabbato Sancto ad sacrum Presbiteratus Ordinē fuissem promotus, post aliquot menses elapsos sponte officio me abdicaui, & iuris ciuilis studium intermisi, vt sacra, quorum primum Dei gratia postridie feci Dominica Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, quotidie magis deuotè facere possem, prout humana fragilitas pateretur.

Quapropter oculi mei decisionem illam non vidissent, nisi quidam alterius pacis inimicus homo seminasset zizania, & in vna ex aromatarijs officinis, quæ domus detractionis vocatur, cùm reliquæ nobilium sint Sedilia Ciuitatis, in mei contemptionem memoriter recitasset recensita verba decisionis, quā cum neque inuenire, neque legere apud aliquē Prouinciæ Doctorem potuissem, vt verè cognoscerem, vtrum prætor, an præco mentiretur, meamq; strenuè tuerer existimationem, & conueniēter maledictis responderem; non enim generosus animus contumeliā pati potest, vt scribit *Seneca de sentent. orat.* satis plus iusto pretio librum decisionum emere sum coactus, & sic inuitum ad intermissa legum vetera studia retulit me lingua illius nimis secundùm consuetudinem mordax, atque effrenis, quod & dolens scribo, dum ex horrido illius dumeto meis manibus configitur spina. O virtus, ò tempora, ò mores?

Sed iam hora est reuertendi ad dissimilitudines, vnde digressi sumus, quarum tres supra enumerauimus inter casum nostrum, & relatum à Burgos, cuius miles præter enumeratas in confessione, & publicatione testamenti laborabat in extremis; Marchionis-

sa verò testatrix nostra post vltimum stipulatum testamentum octo menses superuixit, & quinque dies, quibus satis ocij, & temporis nacti fuissent nepotes certiorandi materteram de suppositione testamenti, si commentitia non fuisset, vt nos ante pluries admonuimus?

310 Rursus miles scripturam illam ad ipsum per famulam apportatam coram tabellione, & testibus suum tunc tantùm testamentũ esse velle enũciauit, at Marchionissa scripturam à Fr. Angelo sibi redditã etiam sua manu Notario tradidit, & palàm coram Iudice, tabellione, & testibus clara voce, vt ante scripsimus, & probauimus ipsamet (non autem ex se Notarius, neque Frater Angelus quemadmodum sub verborum inuolucris decis. compilator firmasse videtur *ead. decis. nũ. 1. circa finem)* ipsamet inquam Marchionissa testatrix declarauit schedulam illam suum esse testamentum eius voluntate manu mei Doctoris Virgilij Chiacchiari sui cõsultoris conscriptum, & à Fratre Angelo Sancti Ioannis in Galdo suo Confessario, & Patre spirituali singulis paginis ob illius dexteræ paralesim, & impedimentum pro ea subscriptum.

311 Et tandem in schedula à Marchionissa Notario, & testibus clausa oblata nè dum à tergo illius fuerũt per Notarium apposita tempus, nomina testium, & rogitus iuxta recensitam cautelam Iulij Clari *in cit. §. testamentum quæst. 4. vers. sed pone circa finem*, nè in posterum de identitate illius scripturæ contingeret dubitari; sed etiam Iudicis, & testium fuerunt additæ subscriptiones, & sigilla; quæ quidem in militis illius

312 schedula non fuerunt seruata, quamobrem cum militis, & Marchionissæ casus sint satis diuersi, & ter-

mini

mini valdè oppositi, & differentes ex specie relata à Burgos ad casum nostrum illatio iure fieri non potuit, neque potest *l. Papinianus exuli ff. de minorib.*

313 Quamobrem qui magis formidasse debuerant peccatum non dimitti, nisi restituatur ablatum *C. peccatum de regul.iur. in sexto*, illi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

314 Quoniam ipsamet causa nostra erat secundùm ius, & leges decidenda (quod ius, vt Ciceroni visũ est *lib.2.de offic.* semper quæsitum est æquale, neque enim aliter esset ius, & leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus sẽper vna,& eadem voce loquerentur) nec inani eo potuit; fictoque terrore cum expressa illa facultate vni auferendi, & alteri tradendi in amicabiles compromitti compositores, vt deinde leges contra earum institutum diuersis, & varijs linguis iuxta eorum arbitramentum loquerentur, & ius non esset æquale, & attencta qualitate litigantium opulentissima Marchionissæ hæreditas,humilibus exclusis legatarij inter potentes diuideretur hæredes.

315 In ea enim Grammatici noua decisione nusquã cernitur fuisse attenta personarum qualitas litigantium,sed ipsorum nomorum,& territoriorum lis diuturna,& perplexa, ac in vtramque Vniuersitatẽ Gargani, & Litterarum probationes ambiguæ ; nusquam

316 amicabilibus compositionibus,vni auferendi,& alteri tradendi talis expressa concessa potestas, sed tãtùm tacita,quam eis tribuerat auctoritas *gloss. in cit.l. sed & si in seruum*, §. *si quis Iudex ff. de recept. arbitr.* alicui scilicet dandi,quandoque minus, quandoque plus,quàm dari deberet, quod per sententiam non

317 liceret, *cuius gloss. dictum*, *ibidem num.2.* limitans

Bal-

Baldus dicit, esse verum in parua quantitate, non autem in magna, quia, vt ille inquit, non est amicabilis, qui enormiter lædit; sed magis læso est inimicus; quæ limitatio nedum in tacita, sed etiam in expressa facultate vendicat sibi locum, & ideo iuxta sensum
318 Baldi; qui vt dent alteri, vni omnia tollunt, non amicabiles compositores, sed inimici dispoliatores sunt nominandi; quamobrem liceat mihi nouissimas illas ordinationes sanctissimas appellare, quibus Iudici compositori amicabili ea fuit sublata facultas spoliãdi humiles, ditandi potentes, quæ si illæ latæ fuissent formidolosis temporibus, mea nunc soror suo non careret legato, nec ipse pro mea bona tuenda fama laborarem, quam nouissimus auctor in dictæ decis. vltimis recensitis verbis perpetuò denigrare tentauit, Et sic Virgilius &c. ità nos gratis irridens, ac si manibus meis adhæserit macula, quæ si adhæsit, quod absit omninò, seram iuxta illud Iob. cap. 31. & alius comedat; sin minus, quod in verbo Sacerdotis affirmamus, secundùm puritatem manuũm mearum retribuat mihi dominus in illa die iustus Iudex.

Veruntamen, vt hoc, quod ore asseruimus, verum esse, & lege probemus; de tribus nunc mihi quærendum est, primo an in adscribendis mihi, & sorori legatis, aliquid peccauerim, vel potius iure adscripserim, secundò an si culpa intercesserit aliqua, quod negamus expresse, scripto burgensaticorũ, hæredi, & cæteris legatarijs obesse potuerit, tertiò an verè scripserit compilator, me manibus vacuis remansisse à legato, quod ipsemet mihi adscripseram, vel potius largitate testatricis viuentis sim assecutus.

Ad primum, & secundum dico, quòd cùm ad scriben-

bendū Zenobiæ testamentum ipse fuerim adhibitus & in eo mihi legatum tritici existentis in meis horreis, præter liberationem, & quietationem ab administratis, & Angelicæ germanæ adscripserim legatum aureorum quatuor mille, ea addita conditione, vt post mortem sororis in eo etiam legato ipse succederem, videtur posse suspicari, vt compilatori visum

319 est me supradicta legata mihi falsò, & sorori adscripsisse, cùm lex disponat adscribentem sibi in testamento in crimen incidere, quasi falsi ex Senatusconsulto Liboniano *l.3.C.de hi., qui sibi adscrib. in testam. Bart. in l.quidam* §.*nummulariosi num.2.ff.de edend.l.Diuus* §.*scribere, & l.de eo ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. si seruus communis ff.de stipulat.seruor. & l.si consul. de adoption. Alex.in l.1.* §.*inter filium ff.de fals. Bald.in tractat.de tabell. quæst.6. & Mantic. de coniect.vltim. volunt.lib.*10.*tit.*4.*nu.*17.

320 Et ideo quemadmodum instrumentum, quod in vna parte est falsum, totum falsum esse censetur, quādo Notarius dolò, & malitiosè in vno ex substantialibus falsitatem committit, *teste Menoch.de præsumpt. lib.*4.*præsumpt.*21.*num.*3.ita arguendo à simili iddem videtur respondendum de scriptura testamēti, quod tota sit falsa etiam respectu scripti hæredis, & cæterorum legatariorum, cum in ea parte, quæ ad nostram spectat legata, falsum me commisisse dicatur; citatis

321 iuribus, & in specie ob adiectionem fideicommissi in legato sororis, *per tex.in l.impuberem* §.1. *vbi Bart. & in l. Diuus Claudius* §. *fin.* secundùm communem Doctorum responsionem *ff.de fals.* quia fides vnius, & eiusdem capituli debet esse indiuidua.

Quod satis probasse videntur amicabiles compo-

sito-

ſitores, qui nullam habuerun rationem de legatis extra cauſam piam, quæ excedebant ſummam aureorũ decem, & octo millium, & inter hæredes feudalium, & burgenſaticorum diuiſerunt onera hæreditaria, & pia legata contra voluntatem teſtatricis expreſſam, quæ tantùm per hæredem in feudalibus præſtari ſanciuerat; ſed vtrum id ipſi amicabiliter egerint, infraſcriptis contrariorum reſponſionibus demonſtrabimus.

322 Negamus enim in primis ſupradictam conſequẽtiam, & illationem ab inſtrumento falso ad caſum noſtrum, nam propoſitio illa, quòd inſtrumentum in vna parte falſum, totum falſum dicatur, ab eodem *Menoch. declaratur ead. præſumpt.* 21. *num.* 12. vt procedat, quandò vera falſitas fuiſſet commiſſa in vna parte inſtrumenti, non autem quando præſumptiuè,
323 vbi infert in ſpecie, quod ſi quis ſibi, & Titio in teſtamento adſcribet, legatum licet reſpectu ſui præſumatur falſum, tamen non infertur, quòd præſumatur falſum reſpectu Titij, iuxta doctrinam *Bart. in l. filius* §. *ſequens ff. de falſ. & Bart.* ſecuti ſunt alij, quos recẽſet, & ſequitur ibidem *Menoch. num.* 13. *& Ruin. conſ.* 77. *num.* 5. *volum.* 4. aſſignans rationem dicit, quòd & ſi fides vnius, & eiuſdem capituli debeat eſſe indiuidua, quia tamen hoc non procedit à natura, ſed à legis diſpoſitione, ideò lex poteſt ex cauſa inducere diuiſionem eiuſdem capituli, quoad ipſam probationem, & addit, quòd quia Notarius, qui ſibi adſcribit, vel inſtrumentum ad proprium commodum cõficit, ſuſpectus eſt *l. nullum, & l. omnibus C. de teſtibus*, rationabiliter lex ſtatuit, quòd pro inſtrumento illo non probet pro alio, in quo ſuſpitionis ratio ceſſat.

Et

324 Et in casu nostro Senatuscons. Libon. non inficiatur scripturam testamenti, nisi in ea parte, in qua nobis adscribimus, vel ijs, quos in nostra habemus potestate *cit. l. filius in princ. de fals.* vel illis, quorum sub potestate sumus, veluti dominis, & parentibus, aut etiam ijs, qui in eadem sunt potestate, veluti sororibus, fratribus, & conseruis *l. de eo ff. eod.* nam tũc ea, quæ supradictis personis scripta sunt pro non scriptis habentur, sed cætera firma manent *cit. l. filius §. sequens ff. ad leg. Corne. de fals.*

325 Quòdque frater adscribens sorori, quæ sub patris non sit potestate, haud incidat in pœnam quasi falsi, nec in Senatusconsult. Libonian. dicit in proprijs terminis *Hieronym. Magon. in decisionibus Florentinis decis.* 53. *num.* 8. non enim inquit sanguinis necessitudo, aut vinculum cognationis est in causa, vt frater fratri, aut sorori in testamento adscribere non possit, sed patria potestas propter reflussum acquisitionis, quæ reddit ad patrem *cit. l. de eo.* Vnde
326 sublata patria potestate rectè frater adscribit sorori, siuè fratri, filius matri *l. si pater ff. de fals.* patri verò, si filius fuerit emancipatus, siuè Sacerdos, *Bart. in cons. 61. filiusfamilias presbyter num. 2. & seq. lib. 1.* &
327 pater citra pœnam falsi adscribit filio in his, quæ patris acquisitionem effugiunt, ita post alios, quos al-
328 legat, scripsit *Magon. eod. num.* 8. quòdque si matre dictante filia sibi ipsi legatum adscripserit, propter iuris ignorantiam veniam non legatum meretur *cit. l. Diuus Claudius*, vbi idem in filia *ff. ad leg. Corn. de fals.* & hæc satis quoad legatum, quod Angelicæ sui iuris sorori rectè Virgilius frater adscripsit.

Quò verò ad alia, quæ ipsemet sibi adscripserat,

duæ coniunguntur quæstiones, an scilicet sibi adscribens Chiacchiarus verè inciderit in Senatusconsultu, vel si non inciderit, saltem sua habeãtur legata pro non scriptis, & quoad primam attinet quæstionem, respondeo, me mihimet ipsi adscribentem nullo mo-
329 do in pœnam incidisse quasi falsi; quod in primis demonstratur ex pluribus subscriptionibus Fratris Angeli, qui vt ante probauimus, pro domina testa-
339 trice testamentum subscripsit, & si non fuerint specificè, nam sicut subscriptio repetita magis operatur, vt fraudis suspicionem cessare faciat, *teste Riminaldo in conf.* 502. *num.* 17. ita si vnica tantùm esset Fratris Angeli Generalis subscriptio satis sufficeret, vt Virgilius, qui in eo testamento sibi adscripsit, excusaretur à pœna, *l. 2. C. de his, qui sibi adscrib. & cit. l. Diuus §. planè, & seq. ff. de fals.*

Nec refert, quòd citatæ leges loquantur de subscriptione generali facta manu testatoris, quia iddem
331 est respondendum, quando subscriptio fit ab alio pro testatore, nam qui per alium scribit, per se ipsum scribere videtur, *Bald. in l. 1. num. 2. C. de ijs, qui sibi adscrib. in testam. & facit text. in cit. l. Diuus Claudius in in princ. & §. videri ff. de fals. & in cit. l. hac consultissima circ. princ. & in l. cum antiquitas § fin. in princ. C. de testament.*

Secũdò, illud iddem efficacius suadetur, quia domina testatrix tradens schedulam tabellioni, declarauit suum esse testamentum scriptum à Virgilio, & subscriptum à Fratre Angelo eius ordine, & volunta-
332 te, vt pluries antè diximus, & satis amplè probauimus, quę declaratio & si generalis æquiparatur testatoris subscriptioni, & iddem operatur, quòd illius

gene-

Codicilli non intercidant, si duo ex septem, qui interfuere, contradicerent, quòd aliorum eis sufficeret fides, nu. 203. & eò faciliùs, quando codicillorum instrumentum iuxta Regni Constitutionem confectum esset, num. 204. & seq.

Codicilli cùm in scriptis conficiuntur, palàm, & secretò instar testamenti solemnis confici possunt, num. 157. qui si secretò conficiantur, eodem modo, quo testamentum in scriptis sunt obsignandi, ac etiam deinde aperiendi, num. 158. veruntamen si scriptura conficiantur sicut Iustinianus de scriptura stipulationis intellexit, tunc nec obsignandi sunt, neque claudendi, nu. 159. quorum

Codicillorum solemnitas, vt clariùs pandatur ibidem hoc vtimur diuisione, quòd codicilli si sine scriptis conficiuntur, ad probationis solemnitatem dicimus sufficere quinque testes, at si in scriptis, & tunc vel scriptura erit aperta, & testium exigimus subscriptiones, aut erit clausa, & tunc etiam requirimus testium sigilla, & testatoris subscriptionem, vel alterius pro eo, si testator subscribere non potuerit, vel totos sua manu non conscripserit, immò etiam cætera, quæ Baro requirit; veruntamen quocunque modo fiant codicilli, non est necesse, vt manu testatoris signentur, sed eos tantùm clausos testes obsignare debent omninò, n. 160. & si quidam contra, num. 169. sed nos eà additâ declaratione dicimus, quòd testes, subscriptiones, sigilla, & alia, quæ ad ordinanda testamenta necessa-

cessariò desiderantur, ad codicillorum ordinationem non sint necessaria, sed ad eorum tantùm probationis solemnitatem requirantur, & ita in

Codicillis ordinandis nulla desideratur solemnitas, quæ sit de substantia ordinationis, sed ea benè requiritur, quæ ad eorum probationem est necessaria, num. 161. *atque multum interest inter solemnitatem probationis, & solemnitatem ordinationis, nam ista deficiente deficit ius, at illa si desit, ius non deerit, unde si quis confiteatur, codicillos fuisse confectos coram minori legitimo testium numero, vel sine scriptura, aut absque alicuius testis præsentia, confessio nocebit, quod secus erit in testamento, nu.* 163. *Hinc in*

Codicillis erit etiam locus iuramento litis decisiuo, nu. 164. *& ad eorum efficaciam sufficiet veritas, & si probatoria desit solemnitas, quæ tunc demum est exigenda, quando hæres, legatarius, aut fideicommissarius voluntatem defuncti non agnouerit, nu.* 165. *quapropter non rectè sentiunt, qui affirmant, codicillos nullam desiderare solemnitatem, vbi defuncti agnita non fuerit voluntas, cum tunc probatoria solemnitas sit necessaria, nu.* 168. *at*

Codicillis si quid solemnitatis deesset, ne vti scripti valerent, & addita clausula, omni modo meliori, vti nuncupatiui valebunt, nu. 170.

Codicillis satis est, si ex pluribus adiectis necessaria signa permanserint, nu. 208.

Codicillos si hæres agnouerit, vel præsentauerit in iudicio, etiam si nulla alia adesset solemnitas, vel probatio, compelli potest ad soluendum legatum, nu. 214. *& seq. quamuis nulliter relictum esset in testamento, dummodo repetitum in codicillis, nu.* 216.

Codicillum conficere, non testamentum facere voluisse testatorem

torem ex substantia, & natura facti colligitur, num. 23.

Compromissum.

Compromisso facto super testamento, codicillis, aut qualibet alia vltima voluntate non includuntur legata, neque fideicommissa, nisi de eis in compromisso fiat expressa mentio, nu. 357. vnde

Compromissum etiam necessarium tertio nocere non potest, num. 359. at nos experientia docuit, verum esse Ciceronis oraculum iu compromissis esse amicitiæ, & arbitrio locum in iudicijs iustitiæ, & veriiati, nu. 363.

Concubina.

Cōcubina diligit, vt capiat, decipit, vt rapiat, & amat quod habes, non quod es, nu. 304.

Confessarius.

Confessario plurimum iura confidunt, nu. 251.

Confessio.

Confessio partis aduersæ circa rei euidentiam, de qua agitur solemnem iuris probationem excusat, nu. 120.

Confessio principalit partis superat omne genus probationum nu. 260. eique magis statur, quàm mille testibus contrarium attestantibus, nu. 261.

Consequentia.

Consequentia non sequitur, quod sic fieri possit, quod propter hoc fiat, nu. 236.

Consilium.

Consilium Sacrum Neapolitanum, vbi graues, & magnanimi resident Senatores, sacraque, & sublimis pontentissimi Regis præcipuè resplendet Maestas, leuissimo exemplo à Burgos relato verè terreri non potuit, neque iustè moueri, num. 298.

Con-

Constitutio.

Constitutio Regni instrumentorum robur nedum in contractibus inter viuos, sed etiam in testamentis, codicillis, & vltimis alijs voluntatibus ex communi Doctorum sententia vendicat sibi locum nu.205.

Dementia.

D*ementia, & insania plura recensentur signa nu.4.5. 6.7.8.9& 10.*

Dictio.

Dictio palàm, quid significet, nu.207.

Dictio semper respicit omne tempus, nu.70.

Dictio per, perfectionem significat, nu.71.

Dolus.

Dolus ex anormissima arguitur læsione, nu.360.

Dominus.

Dominus, qui seruum infirmum non curat priuatur serui dominio, nu.22.

Donatio.

Donatio, quæ fit præcedentibus meritis, cadit in prudentem virum, & facilè præsumitur, & si aliàs non præsumeretur, num.227. & donatio quædam dicitur esse legatum, num.228.

Emptor.

E*Mptor, qui serui infirmi curam negligit redbibitoria agere non potest, nu.222.*

Episcopus.

Episcopus si successerit testamenti executori, qui pia legata destribuere tenebatur consilio Prioris Prædicatorum, vel Guardiani Fratrum Minorum, Priorem, vel Guardianũ, tenetur consulere, aliàs actus non valebit, u.124.

Exemplum.

Exemplum eiſdem ſumitur de cauſis, quibus ſimilitudo, nu. 303.

Falſitas.

Falſitatem volens fabricare omnes curat euitare ſuſpiciones, num. 293.

Falſitatis omnis ſuſpicio tùm fama bona, & probitate vitæ, nu. 251. tùm loci tollitur celebritate, nu. 294.

Feudum.

Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ex legitimo corpore deſcendentibus in Regno dicitur eſſe hæreditarium num. 270.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſa, & legata nutu reliqui poſſunt nu. 351.

Fides.

Fidem vniuerſæ teſtationis, & teſtatoris voluntatis in ſcripto teſtamento ipſa ſcriptura per ſe facit etiam clauſa, & inuoluta, nu. 255.

Fides vnius, & eiuſdem capituli debet eſſe indiuidua, quod declaratur. nu. 323.

Fides Fratris Angeli teſtatricis Confeſſarij, & octaui pro ea ſubſcriptoris, de quo aliquid mali ſuſpicari graue quidem eſt ſcelus, nu. 264. virtus religio, & dignitas etiam aduerſariorum litteris comprobatur, num. 265. item illius charitas, & in aduerſarios officia nu. 266.

Fides teſtamenti non vacillat contradictione vnius teſtis teſtamentarij, ſi numerus ſuperſit neceſſarius, n. 175. ſed hoc limitatur, nu. 176.

Furioſus.

Furioſi, & inſani teſtamenti factione priuantur. n. 3.

Furioſi quibus ſignis, & coniecturis probentur, nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

Fu-

Furiosi plerumque quibusdam interuallis sensu sunt saniores, nu. 14.

Furiosi curam si quilibet hæres neglexerit siuè legitimus, siuè scriptus, illius quacunque successione priuatur nu. 224. & 267. at qui

Furioso obsequium, & diligentiam exhibuerit etiam extraneus ad illius successionem perueniat, nu. 225.

Furiosorum alij continua mentis alienatione omni carent intellectu, & si faciendi testamentum ius non habent, num. 12. alij non ita insaniæ infortunio afficiuntur, quorum furor intellectum, siuè intermissionem, aut inducias habere dicitur, qui si in de lucidis interuallis, & eo tempore, quo furor eorum intermissus est, testentur, iure eorum valent testamenta, nu. 13.

Furiosus differt à mente capto, quia furiosus propriè dicitur ille, qui est cum rabie furoris euidentis, & mente captus is est, cui mens, & consilium deficit, sed nullum furorem ostendit, nu. 17. sed

Furiosus, & mentecaptus æquiperantur quod inualiditatem eorum, quæ faciunt vel testando, vel aliter inter viuos de bonis disponendo, num. 18. quia vtrique deest sensus, nu. 19. Hinc

Furiosus, & mentecaptus habentur loco absentis, vel quiescentis, vel etiam mortui, atque dormienti, & vni lapidi æquiparantur, nu. 20.

Hæres.

HAeres ex testamento legitimum ab intestato venientem excludit. nu. 1.

Hæres si agnouerit codicillos, & si nulla alia adesset solẽnitas, aut probatio ad soluendum legata compelli potest, nu. 214. & seq.

Hæres legitimus, siuè scriptus curam furioso præbere negligens, illius quacunque successione priuatur, nu. 224.

Hæres quis tentur esse in feudo hæreditario citra aliam institutionem vltimi decedentis vassalli, & grauari potest ad integrum feudi valorem, nisi sit ex liberis, quibus debetur legitima, nu. 271. & ideo

Hæres transuersalis in feudo hæreditario compelli potest etiã per capturam personæ ad vendendum feudum ad instantiam creditorum, & legatoriorum non habentium assensum, etiam si non esset hæres à testatore institutus, num. 273.

Hæres legitimus scripto hæredi restituere tenetur hæreditatem, & legata persoluere legatarijs ex adictis clausulis in testamento, de quibus, nu. 347. & seq.

Hæres ab intestato iure grauari potest, nu. 350. qui & an censetur grauatus per clausulam, quòd testamentum valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, & fortiùs si magis explicitè grauatus sit, nu. 349.

Hæres ab intestato legata, & fideicommissa persoluere tenetur ex schedula testamenti tradita Notario manu testatoris, & si locutus non sit, nu. 352. & seq.

Homo.

Homines vt plurimum nascuntur sanæ mentis, num. 49. & mentis compotes esse præsumuntur, nu. 50.

Homines plura iudicant odio, & amore, quàm veritate, & præscripto, nu. 361.

Hominibus, qui placent, væ illis, quia dissipabit Deus omnia ossa eorum, nu. 300.

Illatio.

Illatio ex oppositis, & diuersis fieri rectè non potest, nu. 137. & nu. 312.

Infirmus.

Infirmos negligi pœna vetat, suscipi præmium suadet, num. 219. bini manumissus à domino in seruitutẽ reuocatur, si infirmo domino non subueniat, num. 220. & dominus, qui seruum suum non curat, priuatur serui dominio, num. 221. item emptor, qui seruum infirmum non curauit, redbibitoria agere non potest, num. 222. & maritus non curans vxorem infirmam, perdit lucrum dotis, num. 223. & si legitimi hæredes, siuè scripti furioso curam præbere neglexerint, illius quacunque successione priuantur. num. 224. & è contra qui obsequium, ac diligentiam furioso exhibuerit, licèt extraneus ad illius perueniet successionem num. 225.

Ingratus.

Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, ingratus, qui dissimulat, rursum ingratus, qui non reddit, & omnium ingratissimus, qui oblitus est, at in sublimiori ingratitudinis gradu sunt collocandi, qui iniustis, & dolosis linguis suos persequuntur beneficos, num. 295.

Inimicus.

Inimicus est magis læso, quàm amicabilis, qui enormiter lædit, num. 317. & qui vt dent alteri, eorum arbitramento vni omnia tollunt, non amicabiles compositores, sed inimici dispoliatores sunt nominandi, num. 318.

Insanus.

Insanus testamenti factione priuatur, nu. 3. at

Insanus non semper is dicitur, qui falsis illuditur imaginibus, nu. 87. nec necessariò

Insanus quis arguitur ex actibus, qui animi gratia, aut causa doloris fieri possunt, nu. 86.

Institutio.

Institutio hæredis in schedula implicitè facta, magis com-

nis opinio est, ut valeat, & ita practicatur, nu. 346.

Instrumentum.

Instrumentum falsum in una parte, quando totum falsum esse censeatur, nu. 320. & 322.

Instrumentum trium testium contradictione redditur suspectum, nu. 173. sed si duo instrumentarij contradicant. redditur & falsum, nu. 174.

Intellectus.

L. Diu. §. 1. ff. de iure codicill. nu. 160.

L. veritas C. de fideic. nu. 166.

L. non dubium §. illud C. de testam. nu. 166.

L. hac consultissima C. de testam. nu. 117.

§. ult. instit. de codicill. num. 172.

Iudex.

Iudices coguntur in testium varietate perscrutari personarum auctoritatem testimoniorum qualitatem, & testium numerum, nu. 36. & in conflictu testium testium tenentur exponere causam, quare magis istis, quàm illis adhaeserint, num. 37. qui si D. Adrianum imitarentur, & testes ipsi interrogarunt, falsis testimonijs non illuderentur, num. 89.

Iudices poterunt ex officio se informare de Notarijs, parte illa tantum allegante, nu. 74. & nu. 201.

Iudices semper in causis iustitiam, & veritatem sequi debēt, nunquam verisimilem, nu. 339 ipsisq; iudicandum est legibus, non exemplis, nu. 299. an

Iudices nè veritatem agnoscant, id sapè efficiunt odium, amor, & proprium commodum, & ideò odio, & amore plura iudicant, quàm veritate, & praescripto, nu. 361.

Iidices formidolosi in causarum decisione ea timent, quae nulla digna sunt suspicione, & in dilatandis scriptis prudentum responsis, & Caesarum legibus, sutoris sibi vendicant

cant partes, cuius proprium est alutam producerere dentibus, & ideò mirum non est si eorum ædificium tàm leuibus, ac futilibus fundamentis constructum facilè corruat, nu. 362.

Iudex ad contractus computatur inter testes, quando probatio fit per testes, item quando fit per testes, & per scripturam simul, nu. 35. secùs quando fit per scripturam tantùm, nu. 33.

Iudex Ecclesiasticus, quando supplet negligentiam Iudicis sæcularis, tenetur summariè procedere, si ita sæcularis debebat procedere, nu. 125.

Iudex, qui leui suspitioni, ac temerariæ adhereret, & iudicaret, peccaret mortaliter, nu. 240.

Iuramentum.

Iuramentum est quoddam quæstionis genus, quo numinis violandi timore verum extorquetur, nu. 181.

Iuramentum litis decisiuum habet locum in codillis, num. 164.

Iurisperitus.

Iurisperitum consulendi de modo testandi, vnicuique à lege est data potestas, nu. 180.

Ius.

Ius semper debet esse æquale, & aliter non esset ius nu. 314.

Iustitia.

Iustitia, & pax se inuicem oscularentur, & præcipuè in Regno, si falsi testes sua graui punirentur pœna, nu. 68.

Iustitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri appellantur, & iustitiam facere initium est bonæ vitæ. num. 340.

Laborantes.

Laborantes in extremis saltem summissa, sed articulata voce loqui possunt. nu. 77.

Lau-

Laudes.

Aloysij Riccij Equiensis Vici Episcopi, nu. 352.
Andreæ de Isernia, nu. 300.
Ioannis Francisci de Ponte, nu. 187.
Marci Antonij Gennensis Episcopi Iserniensis, num. 309. vers. sed quorsum.
Vincentij de Franchis, nu. 272.

Laudum.

Laudum sumit vires, virtutem, & regulam à compromisso, nu. 355. ideo laudum transactio appellatur, nu. 356.
Laudum & si aliàs nocere posset, id intelligitur, quando de illius iniustitia, & iniquitate non appareret, & laudi iniquitas detegitur, quando grauat in tota causa, vel etiam in dimidia tantùm, nu. 360.

Legatum.

Legatum est quædam donatio, nu. 228.
Legatum persolui debet ab hærede, qui codicillos agnouerit, in quibus legatum est, quamuis omnis deesset solemnitas, & probatio, num. 214. & seq. & nulliter legatum esset in testamento, nu. 216.
Legatum omne regulariter propter affectionem relinquitur, nu. 217. & ideò
Legatum magnum non debet Iudici videri nimium, si propter magnum amorem relictum sit, nu. 218. vel ob seruitia, & eò magis, quæ in magnis, & extremis ægritudinibus maxima sunt, nu. 219. & seq.
Legatum, & fideicommissum nutu relinqui potest, nu. 351.
Legatum propter clausulam, omni modo meliori, cēsetur repetitum à venientibus ab intestato, nu. 228. & ideò debetur legatario, etiam si nullum testamentum extaret, vel quod extat pro nullo habitum esset, nu. 230.

Le-

Leges.

Leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus semper una, & eadem uoce loquerentur, ueruntamen in amicabilium compositorum arbitramento uarijs, & diuersis linguis locutæ sunt, num.314.

Legibus est iudicandum, non exemplis, nu.299.

Legislatores.

Legislatores ita de infirmis solliciti sunt, ut eos pœna negligi uetant, & præmio suscipi suadent, num.210. & sqq.

Litigantes.

Litigantium numerus indies Neapoli augetur, & huic malo facilè mederi posset, nu 90.

Litteræ.

Litteræ aduersariorum Fratri Angeli Ministro missæ trāscribuntur, nu.264. & seq. & aliæ, quæ auctori redditæ sunt, nu.268. & seq. & nu.272. & seqq.

Manumissus.

Manumissus à domino in seruitutem reuocatur, si infirmo domino non subueniat, nu.220.

Maritus.

Maritus non curans uxorem infirmam perdit lucrum dotis, num.223.

Mortuus.

Mortua quædam testatrix scribit signum uenerabile Crucis num.83.

Muliebris.

Muliebrum uitiorum omnium fundamentum auaritia est, num.304.

Natura.

Natura ut plurimum parit homines sanæ mentis, n.49.

Naturæ necessarij usus ad depositionem superflui ponderis rationem habere uoluit Iustinianus Imperator, n.60.

Notarius.

Notarius censetur rogatus in testem eo ipso, quòd est adhibitus ad audiendum, & faciendum id, quod ordinabat testator, nu. 34. item computatur inter testes, quando probatio fit per testes, nu. 33. & simul per testes, & per scripturam, n. 35. & quid si fiat per scripturam tantùm, n. 33.

Notorium.

Notoria possunt Iudices ex officio parte tantùm allegante cognoscere, & se de illis informare, nu. 74. & nu. 201.

Odium.

ODium cæcum esse dicitur, nu. 335. & propterea odio, & amore plura iudicant homines, quàm veritate, & præscripto, odiumque, amor, & proprium commodum id sæpè efficiunt, nè Iudices veritatem agnoscant, n. 361.

Octauus.

Octaui subscriptio etiam generalis adscribentem sibi in testamento excusat à pœna, nu. 329.

Octauus pro testatore subscriptor, qua forma se subscribere debet, nu. 105. & nu. 112. qui consultò octauus subscriptor, & non testis appellatur, ad differentiam octaui testis, qui in cæcorum testamento se subscribit, & ratio differentię assignatur, nu. 113.

Octauus subscriptor non tenetur declarare se nomine testatoris subscribere, sed sufficit id aliunde probari, nu. 117. & seq. sed

Octauus iste testamentum in scriptis debet subscribere coram testamentariјs testibus vno, eodemque tempore, & contextu: nam aliter testamentum non valebit, nu. 122.

Officium.

Officia testatrice viuente aduersariј in actorem suis litteris pollicentur, nu. 289. & seq. sed quæ post mortem testatricis consulerit, habentur, nu. 292. & seqq.

Opi-

Opinio.

Opinio Doctorum communis circa intellectum, §. ult. inst. de codicillis confutatur, nu. 156. circa finem: item Donelli, n. eod. item Gloss. nu. 155.

Opinio Donelli, & caeterorum scribentium, qui testes, & subscriptiones pro solemnitate ordinationis in codicillis requirunt refellitur, nu. 167. item

Opinio Ioannis Oinotomi de obsignandis à testatore, codicillis exploditur, nu. 160.

Opinio Rolandi affirmantis, testatorem debere suum inscriptis obsignare testamentum confutatur, num. 114. & Castrensis declaratur, nu. 115.

Opinio Rolandi, & aliorum circa formulam, qua se subscribere debeat octauus pro testatore subscriptor refellitur, num. 112.

Peccatum.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, nu. 313.

Praesumptio.

Praesumptio magna est pro Sacerdote iam grauis aetatis, nu. 250.

Praesumptio qualibet, ne dum suspicio per lucem tollitur probationum, nu. 338.

Principalis.

Principalis confessio superat omne genus probationum, num. 260. eiusque dicto magis statur, quàm mille testibus contrarium attestantibus, nu. 261.

Probatio.

Probatio dicitur mixta, qua fit per scripturam, & uiuam testium uocem, nu. 35.

Probationem iuris solemnem confessio partis excusat, num. 120.

Propalans, & Propalatio.

Propalantes si iurati contrarium dixerint in iudicio, eorum posteriori dicto est standum, nec de falso puniri possunt, n. 92. attamen si iniuratis propalationibus aliæ abhæreant coniecturæ multum debent Iudicis animum inclinare, nu. 93. immò huiusmodi propalationibus standum est, & si propalantes in iudicio iurati contrarium dixerint, vti suspecti de falso torqueri possunt, & ratio est, quia propalationes semper procurantur scribi per aliquam fidam personam obtinenti monitorias, & adiuuentur propalantium dicta quanto fauorabiliùs potest pro obtinente, num. 97. & ideò in Curia Archiepiscopali Neapolitana propalantes ob eorum falsas etsi iniuratas propalationes puniuntur, & fustigantur, nu. 98. necnon propalantium fides satis dicitur vacillare, si vnum propalauerint, & aliud in iudicio deposuerint, eorumque fides respectu obtinentium monitorias Iudicis arbitrio est minuenda, nu. 100.

Propalationes, quæ fiunt ex vi litterarum monitorialium, & excommunicationis timore non probant, nisi in iudicio cum iuramento repetantur, nu. 91.

Regnum.

R*Egnum Neapolitanum tot litium mole, ne dicam tirannide oppressum est, ac penè captum, num. 98. cui facilè subuenire posset, nu. 90.*

Ridiculum.

Ridiculum est, aduersarios confugere ad tabulas primi testamenti, quas non habemus, & ad eas secundi, quas habemus, nihil nisi leuè, & puerilè dicere, nu. 278.

Sanitas.

S*Anitas deprahenditur intellectus ex sensatis verbis testatoris, num. 31.*

Sacerdos.

Sacerdotis aliquam scribentis scripturam vitæ probitas, & bona illius fama omnem tollunt falsitatis suspitionem, nu. 252. & seq.

Scelus.

Scelus graue est suspicari quid mali de fide Cõfessarij, n. 264

Schedula.

Schedula testamenti nostræ testatricis antequam stipularetur cautiùs, & prudentiùs apud aliquem, quàm penes illius Confessarium deponi non potuit, nu. 256.

Scientia.

Scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potiùs, quàm sapientia est appellanda, nu. 340.

Scribens.

Scribens per alium per se ipsum scribere videtur, num. 331.

Scriptura.

Scriptura ipsa testamenti scripti uniuersæ testationis, & voluntatis testatoris fidem facit, nu. 255.

Scriptura negari non potest, quam testator sua manu fuisse scriptum confitetur, nu. 262.

Scriptura pro hæredis institutione eatenus in vim testamẽti nuncupatiui admittitur, quatenus sit indubitata, & est communis DD opinio, nu. 342.

Senatus consultum.

Senatus consultum Libonianum non inficiatur scripturam testamenti, nisi in ea parte, in qua nobis abscribimus, vel ijs, quos in nostra potestate habemus, aut illis, quorum sub potestate sumus, vel etiam ijs, qui sub eadem potestate sumus, nu. 324.

Sententia.

Sententia inter alios acta & si certis in casibus tertio nocere possit, id tamen intelligitur, quando victus ne vinceretur,

tur,

tur, omnem adhibuisset diligentiam, num. 395.

Sententiæ S. R. Consilij proferuntur sub nomine Regiæ Maiestatis, & ideò in Regno generalis legis vim habet, num. 274. quæ si duæ fuerint conformes perpetuum causis imponent silentium, nu. 309.

Seruitia.

Seruitia, quæ in magnis, & extremis fiunt ægritudinibus, maxima sunt, nu. 219. & seqq.

Seruus.

Seruus etiam alienus potest cuiusuis scribere testamentum, num. 234.

Signa.

Signa in testamentis, & codicillis sufficiet apparere, quæ necessaria sunt, num. 208.

Solemnitas.

Solemnitas nisi interueniat ad efficaciam vltimæ voluntatis veritas non sufficit, nu. 151.

Solemnitas ordinationis qualiter in codicillis differat à solemnitate probationis, nu. 163. at

Solemnitas probatoria in codicillis tunc demum exigitur, si hæres, vel legatarius, aut fideicoommissarius defuncti voluntatem non agnouerit, nu. 165.

Somnus.

Somno plures curæ, metusque nascuntur, nihilque tam præposterè, tam inconditè, tam monstruosè cogitari potest, quòd non possimus somniare, nu. 86.

Subrogatus.

Subrogatus alicui, qui actum facere debet cum aliqua forma, tacitè censetur subrogatus etiam ad illam formam, nu. 123. quia

subrogatus sapit naturam illius, cuius loco sobrogatur, nu. 125.

Subscriptio.

Subscriptio testatoris, vel octaui pro testatore est vnum ex necessarys, & substantialibus solemnibus testamenti in scriptis, nu. 104.

Subscriptio octaui pro testatore opitulatur adscribenti sibi in testamento, nè in pœnam incidat quasi falsi, nu. 329.

Subscriptio repetita magis operatur, vt fraudem cessare faciat, nu. 330.

Subscriptiones, quas faciunt testes in publicis scripturis, iure Cæsareo testimonia appellantur, nu. 183.

Subscriptor.

Subscriptor pro testatore, qua forma se subscribere debeat, num. 105.

Subscriptor testamenti solemnis iuxta formam traditam à lege Regni Lusitaniæ debet declarare, se subscribere vice testatoris, qui nescit, vel subscribere nequit, quod secus est de iure communi, nu. 121.

Subscriptor iste octauus pro testatore debet subscribere testamentum vnico contextu, & coram testibus testamentarÿs, nu. 122.

Suspicio.

Suspicio, quòd schedula testamenti potuit immutari, si penes subscriptorem per aliquod tempus à testatore dimittatur, nullius est ponderis, & efficaciæ, nu. 235. & seq. & huiusmodi suspicione, si leuis non esset, & temeraria, omnia corruerent testamenta, nu. 238. & seq.

Suspicionem falsitatis parit omissa solemnitas, nu. 245.

Suspicionis coniectura facilè vitæ probitate diluitur, n. 257. maximè vbi nulla spes lucri considerari potest, numer. 258.

Suspicionibus quiuis potest quamlibet rem criminari, num. 233.

Testa-

Testamentarius.

TEstamentarium, non est verisimile, voluisse mutare schedulam testamenti testatore viuente, nu. 246.

Testamentum.

Testamenti cuiusuis omnis quaestio in duas diuiditur partes, in primis an testator habuerit testamenti factionem, deinde si habuerit requirendum, an secundùm regulas iuris testatus sit, nu 2.

Testamenti factione priuatur insanus, & furiosus, nu. 3.

Testamenti duo sunt genera, in scriptis scilicet, quod à solẽnitate scripturae nomen accepit, & nuncupatiui, quod à nuncupando haeredis nomine dictum est, quae & si inter se substantia non differant, solemnitate tamen, & forma distinguuntur, nu. 22. *ita vt, quae scripto conficiuntur tredecim iuris requirant solemnia, nu.* 25. *cum quinque sequẽtibus, & inter alia, quod necessarium, & substantiale est, subscriptio testatoris, vel octaui pro testatore subscriptoris, nu.* 104. *qui vnico contextu, & coram testamentarijs testibus subscribere debent, aliàs vti testamentũ in scriptis non valebit, nu.* 122. *& an hoc testamentum subsistat si octauus non declarauerit se nomine testatoris subscripsisse, nu.* 119. *veruntamen eorum opinionem non admictimus, qui asserunt testamentum in scriptis debere etiã à testatore suo signo signari, vt in num.* 106. *&* 114. *& seq. nec etiam nouissimi compilatoris probamus sententiam, qui fatetur, testamentum in scriptis tempore stipulationis nõ posse ab alio exhiberi, quàm à testatore, vt nu.* 126. *eamque confutauimus, nu.* 127. *& seq. quod quidem in scriptis testamentum etiam à seruo alieno scribi potest, nu.* 234. *eiusque schedula nihil refert si aperta proferatur, num.* 241. *dummodo deinde ita benè claudatur, vt post clausuram aperiri non possit, quod solemnis testamenti est de substantia, n.* 243.

Testamentum nuncupatiuũ de duplici specie prædicatur, implicita, & explicita, implicitè idest secretò cõscriptũ, explicitè, quando palàm testator nuncupat nomen hæredis, num. 107. *at.*

Testamentum nuncupatiuum secundùm Menochij sententiã, tunc tantum vti implicitum valebit, si testatoris manu, non aliorum fuerit conscriptum, nu. 109 *sed illius sententia refellitur, & cõtrarium verius demonstratur, n.* 135. *nam verior, & magis cõmunis opinio est contra Menoch.*

Testamentum implicitum nuncupatiuum valere, & si testatoris manu scriptum non sit, si de identitate constet scriptura, n. 141. *& cautela datur, ne deinceps de cedulæ identitate testamenti dubitari possit, n.* 142. *nam tunc absque difficultate vti implicitum nuncupatiuum valebit iuxta communem, & magis communẽ DD. opinionẽ, n.* 143. *& maximè, quando cedula traditur Notario à testatore, nu.* 144. *quia tũc testamẽtũ eo iure subsistet, siuè à testatore sit scriptũ, siuè ab olio, quod & ipse probauit Menoch. n.* 145

Testamentum si à testatore conficiatur in scriptis, nec eo iure valere potest, an vti nuncupatiuum subsistet, nu. 108. *& nu.* 133. *& seq.*

Testamentum testatoris disponentis per relationem ad aliud testamentum nullum, de quo tamen constat per publicum instrumentum, valet vti nuncupatiuum, nu. 139.

Testamentum mixtæ speciei appellari potest, quando testator adhibet solẽnitates sufficientes ad testamentũ in scriptis, & nũcupatiuũ, n. 110. *& est communis opinio, n.* 111.

Testamentum in ordinando vna amota est solemnium verborum necessitas, nu. 161.

Testamentum si nobis facere licet per nuncupationem, idest sine scriptura, licebit etiam per scripturam coram testibus nostram voluntatem nuncupare, nu. 159.

Testamentum est ipso iure nullũ, nisi loquatur testator, n. 21.

Testamentum dicitur actum tempore sanitatis, quando tem-

pore actus gesti non probatur de fatuitate,nu.57.

Testamentum à marito vxore praeunte confectum, in quo ipsa vxor fuit hæres instituta,subsistit,nu.32.

Testamentum laborantis in extremis, qui licet submissa voce,sed articulata loqui potest,iure valebit,nu.77.

Testamentū in fide nō dicitur vacillare,quando vnus testis testamentarius contradicit,n.175.sed benè si duo contradicerent,nisi alij pro testamento examinentur n.176.nu.202.vel qui contradicunt,non se subscripserint, nu.206.

Testamentum Marchionissæ testatricis nostræ ex adiectis clausulis etiam in vim fidei cōmissi valere debet,nu.347. cuius schedulā testamenti non fuisse mutatam, etiā litteris aduersæ partis demonstratur,nu.267.vers.10.& vlt.

Testamentum,& aliæ vltimæ voluntates non modo ab alijs quàm à testatore dictari possunt,n.281.sed etiam dictari,& scribi,nu.282.ac de testandi modo vnicuique à lege data est potestas consulendi iurisperitum,nu.280.

Testamentum facere voluisse testatorem,nō autem conficere codicillum,arguitur ex natura,& substantia facti,n.23.

Testamentis sufficiet, si signa permaneant necessaria, & si non omnia apposita,nu.208.

Testator.

Testator siuè testetur scripto,siuè sine scriptura, loqui,& audire debet,vt suum sit validum testamentum,nu.21.

Testator videtur in scriptis voluisse testari, si suo elogio testium subscriptiones,& sigilla adhiberi curauerit,nu.24.

Testator an suum in scriptis etiam debeat suo signo testamētum signare,nu.106.& nu.112.cum tribus sequentibus.

Testator tradens schedulam testamenti Notario propria manu,censetur approbasse omnia in eo contenta, nu.354.

Testator an suum in scriptis testamentum teneatur ipse sua manu tempore stipulationis exhibere,nu.126.& seqq.

Testator diuersis temporibus suum dictare potest, & finire testamentum, & interim penes testamentarium relinquere,nu.235.

Testator si cui confidit, illius fidem videtur approbasse, num. 249.

Testatoris voluntatis, ac vniuersæ testationis fidem in testamento solemni ipsa scriptura per se facit, num. 255.

Testatoris declaratio, & si generalis asserentis, suum testamentum fuisse scriptum per aliquem testamētarium illius ordine, & voluntate iddem operatur, quod illius generalis subscriptio, nu. 332. & eodem modo liberabit adscribentē sibi in testamento à pœna, quasi falsi, nu. 333.

Testatoris voluntas, quibus ex actis declaretur, nu. 336.

Testatrix nostra suum secundum testamentum proprij oris confessione pro legitimo sui arbitrij partu recognouit, & ideò contrarium probari non potest, nu. 259. & 262. quæ cum virilis spiritus esset fœmina suæ agnationi, & familiæ consulere diligenter curabat, nu. 275.

Testatus.

Testatus is dicitur sana mente, qui animæ suæ, & de se benemeritis in testamento consuluit, nu. 226.

Testimonium.

Testimonia iure Cæsareo appellantur subscriptiones, quas faciunt testes in publicis scripturis, nu. 183.

Testimonia, quibus magis lux veritatis adsistat, respici oportet, nu. 58.

Testimonia aduersæ partis testium examinātur primi scilicet testis, nu. 59. cum quinque sequentibus, secundi testis, n. 65. tertij testis, n. 66. quarti nu. 67. quinti nu. 69. sexti nu. 73. septimi nu. 76. octaui nu. 81. noni num. 82. decimi nu. 84. vndecimi nu. 85.

Testimonium quatuor Clericorum tantùm valet, quantùm sex laicorum, nu. 47.

Testis.

Testes Presbyteri Laicis præferuntur, quia ratione presbyteratus sunt magis idonei, n. 46. & quodamodo dici potest, quòd Presbyter sit omni exceptione maior, nu. 47.

Testes deponentes super negatiua, pura, mera, & vaga nihil probant, nu. 15. quod limitatur, quando negatiua est loco, & tempore coarctata, nu. 16.

Testes, qui plures patiuntur defectus non probant etiam in casibus, in quibus ex natura rei aliter veritas haberi non potest, nu. 44.

Testes deponentes de sanitate mentis dicuntur verisimiliora attestari, illisq; magis creditur, quàm attestantibus de furore, & insania, & si illi essent pauciores veluti duo, & isti essēt plures veluti mille, quod admittimus, quādo plures deponerent in genere, & pauciores in specie, n. 51.

Testes idiotæ nō rectè iudicare possunt de insania, quia istud in intellectu consistit sapientis, & experti hominis, n. 52.

Testes falsi Iudices fallunt mentiendo, Dei præsentiam contemnunt, & inocentem falso testimonio lædunt, nu. 68.

Testes, qui veritatem non propalant, ijs, qui falsum dicunt, æquiparantur, nu. 64.

Testes in verisimilia deponentes præsumuntur falsi, nu. 62. & nihil probant, nu. 61.

Testes, qui volunt alicui instrumento contradicere debent concludenter deponere, nu. 210. & esse omni exceptione maiores, nu. 211. & ista testium qualitas debet articulari, & probari, num. 212.

Testes falsi si sua graui punirētur pœna, iustitia, & pax vbique, & maximè in Regno se inuicem obscularentur, n. 68.

Testes, qui non sunt testamentarij, si contra deponant testamentum, debent esse omni exceptione maiores, nu. 72. & quando dicantur concludenter deponere, si attestentur, testatorem non esse locutum. ibidem.

Testes deponentes de actibus, qui citra insaniam fieri possunt, insaniam non arguunt necessario, nu. 75.

Testes deponentes super dementia, & furore, attestari debent de actibus, & verbis exterioribus specificè, nu. 78. & ratio assignatur. nu. 79.

Te-

Testes falsi manum cuiusdam mortuæ testatricis ducentis per chartam effecerunt, vt defuncta videri posset venerabile signum Crucis scripsisse, nu.83.

Testes aduersæ partis similes videri possunt esse campanis, quæ talem edunt sonum, qualem vult ille, qui earundem regit pistilla, qui & alio præeunte more præconis iuxta ea, quæ examinabantur deposuerunt, nu.88.

Testes olim Romæ partes interrogabant, quod & Iudices ex officio facere poterant, nu.90.

Testes pauperes in causa ciuili graui, vt est vnius hæreditatis, vel maioris partis bonorum omninò à testimonio repelluntur, nu.40. & in his causis magnis non est locus regulæ, quòd deficit in fide supplet testium numerus, testes enim pauperes sunt faciles, vt corrumpantur, nu.41.

Testes, qui vnum propalarunt excõmunicationis timore, & aliud in iudicio deposuerunt iurati, mendaces, varij, & fidei satis dubiæ dicuntur esse, & cum eis cautè agendum est, attenta negotij personarũ, & tẽporis qualitate, n.101.

Testes, qui in iudicio etiam sine iuramento falsum attestantur, falsi pœna puniuntur, nu.99.

Testes pauci nobiles sunt multis vilibus, & rusticis præferendi, nu.43.

Testes subscriptores postquã instrumento, vel scripturæ alicui se subscripserunt, contra testificari nõ possunt, nisi probauerint, se fuisse deceptos, & ad subscribendum seductos, nu. 188. quinimmò si post subscriptionem contrarium etiam in iudicio deposuerint, ipsis non creditur, quia se ipsos notant. nu. 189. idest suam allegant turpitudinem, quod facere non possunt, nu.190.

Testes signatores, qui testamentum falsò impugnant, quod signarunt, falsi crimine tenentur, nu.200.

Testes inimici mentiuntur, nu.201.

Testes cum publicis scripturis se subscribunt, tunc deponere, & testificari dicuntur, nu.184. & fi

Testes testamentarij fuerint, nu. 185. & seq. qui & iniurati faciunt fidem, nu. 182.
Testi nullo creditur iniurato, n. 93. & nu. 181. quod fallit in teste, qui publicis scripturis se subscribit, nu. 182.
Testibus pluribus numero standum est, nu. 39. & ditioribus magis creditur, quàm pauperibus, nu. 40.
Testibus nobilioribus, & dignioribus maior fides adhibetur, quàm plebeis, n. 42. etiã si essent numero pauciores, n. 43.
Testibus vassallis pauperibus, vilibus, vel aliqua alia suspitione laborantibus, nulla fides est adhibenda, nu. 45.
Testibus attestãtibus de sana mente maior adhibetur fides, quàm deponẽtibus de furore, n. 48. & illis suffragatur assertio Notarij attestãtis, testatorẽ fuisse sanæ mẽtis, n. 55.
Testibus testamentarijs deponentibus de sana testatoris mente standum est, dato, quòd probatum esset de priore testatoris fatuitate, nu. 56. magisque
Testibus adhibetur fides, qui pro instrumẽto deponunt, quàm contra instrumentum attestantibus de mentis alienatione, & insania, nu. 54.
Testibus falsum deponentibus, nec in eis creditur, in quibus dicerent veritatem, nu. 63.
Testis falsidicus dicitur, qui cùm nocere non posset, prodesse noluit, nu. 180.
Testis omni exceptione is dicitur esse maior, cui nulla mundi exceptio obijci potest, nu. 213.
Testis non dicitur contradicere testamento, si deposuerit, fuisse præsentem, & tamen testatorem non audiuisse loquentem, nu. 209.
Testis nullus præsumitur fuisse immemor salutis æternæ, nec aliquid dixisse in præiudicium animæ suæ, nu. 94.
Testis inuitus ad testamentũ adhiberi non potest, nu. 191. & eo ipso, quòd quis passus est scribi, & adhiberi pro teste cẽsetur fateri, quòd viderit, & audierit quæcunque gesta, atque acta fuerunt, quia debet aures applicare, & si con-

tra-

trarium dixerit non nocebit tertio,nu.192.

Testis si quis dixerit aliud scriptum,quàm dictum, & quæratur, an potius instrumento, aut testi credatur, aduertas, quòd dubia, & quæstiones inter Doctores procedunt vbi testis à Notario tantùm fuerit instrumento annotatus, quòd si testis etiam se subscripserit omnia cessant disputata, & priùs illius dictum attenditur, & ex secundo pœna falsi punitur,nu.193.nam

Testis,qui propria manu instrumento se subscribit, videtur pro instrumento testificari in futurũ, & licet postea à sua variet subscriptione, & instrumento contradicat propter suã vacillationẽ ei nõ creditur absq; tortura,n.194.quia

Testis,qui vnum extra iudicium,& aliud in iudicio deponit torqueri debet,n.195.

Testis.n subscriptio facta tempore actus gesti prȩualet depositioni posteriori etiam iuratæ,& iudiciali, n.196.nã illius dictũ iudiciale subsecutũ, præsumitur emanatum ad partis subornationem, nu.197. & ideò testis omni casu debet puniri de falso,n.198. veruntamẽ si dictũ secundũ fuerit tormentis confirmatum, non puniretur pœna ordinaria falsi,sed crimine stellionatus de dolo,nu.199.

Testium varietas cogit Iudices ad perscrutandum personarũ auctoritatẽ, testimoniorum qualitatem, et testium numerum,num.36.

Testium peritorũ in arte, veluti medicorũ de insania,& sanitate intellectus testimonia plurimũ attẽdi debent,n.53.

Testium dicto secundo in iudicio iurato magis est standum, quàm prima contraria extra iudiciũ,n.95.sed limitatur, quando pro primo aliqua extaret præsumptio,nu.96.

Testium dictum iudiciale magis eliditur, quando testis dicit in iudicio contra prius dictum,quàm è contra, num.102.

Testium dicta ita infringit confessio principalis,vt ea magis attendatur, quàm contraria mille testium attestationes. num.261.

Te-

Testium duorum supranumerariorũ contradictione ex his, qui fuerunt annotati in instrumento, regulariter dicitur suspectum instrumẽtum, siuè falsum intelligitur, nisi alij testes ad actum necessarij pro instrumento deponerent. nu.202.aut non se subscripserint, sed tantùm à Notario annotati fuerunt.nu.206.

Verbum.

Verba l.ob carmen in fine ff. de testib. formaliter transcribuntur in c. si omnes testes in fin.4. q.3. nu.58.

Verborum solemnium in ordiandis testamentis vna amota est necessitas.nu.161.

Verbum Carum, est amoris, à quo amicitia nomen est ductum.num.266.

Verbum impersonale quid sit.nu.127.

Verbum, licere, liberam importat voluntatem.nu.128.

Verbum, debet, necessitatem operatur.nu.150.

Verisimile.

Verisimilè non est, testamentarium velle mutare schedulã testamenti ante stipulationem, & testatore viuente.nu. 246.vbi ratio affertur.

Verisimilia multa sunt, quæ vera non sunt, quæ causarum patroni nonnunquam sequuntur.nu.339.

Veritas.

Veritas ad efficaciam sufficit codicillorum, & si probatoria desit solemnitas.nu.165.

Veritas non sufficit ad efficaciam vltimæ voluntatis, nisi etiam solemnitas interueniat.nu.151.

Virtus.

Virtutis splendor est maximus in iustitia.nu.340.

Voluntas.

Voluntas cuiusuis testatoris declaratur tùm ex actis gestis tàm ante, quàm post testamentum, tùm ex verbis prolatis etiam in contractu celebrato post conditum testamẽtum.nu.336.

FINIS.